Benedicti Victorii Faventini viri in arte medica excellentissimi, opera in hoc volumine contenta. Exhortatio ad medicum rectè sancteque medicari cupientem. Medicatio empirica singulorum morborum. Doctrinalis empirica de febribus / [Benedetto Vettori].

### **Contributors**

Vettori, Benedetto, 1481-1561.

### **Publication/Creation**

Venetiis: Ex Officina Erasmiana, Vincentii Valgrisii, 1550.

### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/qbacpf8c


### License and attribution


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org
















6585 A 19114 7 A 15 A. XXIX- Vic

14 1- 19114

## BENEDICTI

VICTORII FAVENTINI,

VIRI IN ARTE MEDICA Excellentissimi, opera in hoc uolumine contenta.

Exhortatio ad medicum recte, sandeq; medicari cupientem.

Medicatio Empirica singulorum morborum.

Doctrinalis Empirica de febribus.

Index quoque Curationis singulorum morborum.

Cum Gratia & Privilegio Summi Pont. Et Illustrifs. Senatus Veneti, per annos decem.



VENETIIS

VINCENTII VALGRISII.

M. D. L.

## BENEDICTI

WIGHTING THE WENTING.

Exhorentional medicum rece, fine de dong medicum cupientem.

Andreado timpirta fingulorgum morborum.

El Mairado Empirta fingulorgum morborum.

Luter quoque Carationie flightorim mort orum.
Come Gradie er Privilegio Sammi Pout. Et tilighrift.
Senatus Venet, per untor decem.



SE OFFICINA BRASHIANA, VINCENTII VALGRISII. M. D. L.

### AMPLISSIMO

frissimo Bononiæ Legato
Io.Mariæ de Monte, Benedictus Victorius Fauentinus Medicus fedicitatem.



tor Amplissime Præsul im mortalitatis nomen apud po steros probè consecutus est, & in præcipuum Deorum

numerum à prisca gente merito relatus fuit : propterea quod homines plurimis gestorum suorum laboribus iuuerit, & maximam orbi terrarum utilitatem præclara facinorum uirtute præstiterit. Haud igitur iniustum sanè fuit, si tantus Heros æternam sibi famam comparauerit : quippe cum uitam pro coseruando hominum cætu, calamitosas ærumnas tam strenuè sustinens, exposuerit. Honestissimum generosi laboris præmium est, ueræ gloriæ decus. Hoc equidem animo euoluens, & mecum accurate perpendens, nolui nec laboris, nec sudoris conatibus unquam parcere. donec rapidus mez uitz decurfus

fus in comunem opem dilabens procumberet. Mortalis humanæ uitæ códitio,omnibus morborum telis proposita, & periculorum casibus semper inuoluta, facile è medio tollitur: & hinc alio migrat, nisi commoda præsentis subsidii uis iam tum peritè præparetur, librum itaq; innumeris medicaminibus refertum, & proba experientiæ regula perpensum, summis uigiliis diligétique lucubratione construxi:ut quæ olim à me uerissime comperta sunt, in unum uolumen congesta iure prodirent. Non profecto(ut ingenue fatear) mens eo se contulit, nec animi acies id nimirum diiudicauit, ut à me inuenta, & iampridem cognita, pro gloriola captanda in lucem progrederentur: uerum enim uero ut Reipublicæ Christianæ potissimum prodessem, & uita a non minimis noxis illæsa, quo ad fieri potest, conseruaretur. Nec herclè multi iuuenes defuerunt, qui me sup, plices uehementer rogauerunt, crebrisco efflagitationibus urgentes à me petierunt, ut istæc nostra in publicum ederentur, ut etiam quum in manus studiosorum defluxerint, ab omnibus copiose celebrare. tur. Eorum tandem me uicit pietatis Sed ut liber noster tutius per ora ardor. uirorum

uirorum euolando uersetur, prudentem cæterorum uirorum consuetudinem penitus observare decreui, ut quæ peperit ingenium, in patroni alicuius ulnis piè exciplantur. Ad te igitur Reuerendissime Pater recens nostræ fœturæ munus candide mittitur, & id ipsum ea quidem uoluntate libenter complectaris, qua tibi charitate diligenter offertur. Ex industria rudem penè stylum scribentis obtinui, quum rudes medendi Magistros melius rei operam, quam styli curam coniicere, animaduerterim. Non enim phaleratis uerborum lenociniis ingruentes morbi profligantur, at exquisitis remediorum præsidiis procul inde excluduntur. Methodicum nequaquam sodalitium me execrandis impiorum dictorum aculeis inique lacessat, nec calumniosis conuitiorum latratibus me acerbe incessat : quippe quod superciliosa ipsius dogmata consultus omiserim, & quod me magis empiricæ iam nunc familiæ; quæ causas aspernans, explorata solum remedia excogitat, ultro addixerim. Proinde conscius sanæ mentis error pænam non expostulat, & actor scite saltans, è scena non exploditur. Cæterum nec tuas laudes magnis iii rerum

rerum præconiis enumerare hic opus est, quum tu uir maximus, nisi à maximo di cédi genere concipi possis. Quare nostram Empiricam lubenti animo suscipias quæsso, & interim mancipii tui memor, sospes ac incolumis uiuas felicissime.

Vale.Literatorum decus & ornamentum.

### BENEDICTI VICTORII

FAVENTINI EXHORTATIO AD

MEDICVM RECTE, SANCTE QUE

medicari cupientem.

non est Deus, Dauidis. L. 11. Noli tamen tu, qui medicus es, illo infipientiæ nomine teneri, est enim medicus opus Dei, creauit enim illum altissimus, ecclesiastici x x x

VIII. Deus quoch omnia fecit uerbo suo, & fapientia sua. Sapientiæ 1 x. Igitur Deus sua fapientia creauit te, & tu sapientiam assistricem semper habebis, qua omnes homines sanitati erunt restituti, qui operibus tuis submittentur. Vbi autem Dei sapientia à te abfuerir, in nihilit computaberis. Sapientiæ 1x.ob quam rem fapiens eris, fi in corde tuo dicas, est Deus, & om= nia opera tua optima erunt, quoniam diuina, universa autem dei opera nalde bona.ecclesia= ftici xxx 1x. Si igitur deum effe credideris ueri tatem facies, & in lucem uenies, operaque tua manifestabuntur optima, quoniam in deo facta erunt. Ioannis 111. Et iterum, crede fili Deum este, quoniam opera tua, quæ in humanum cor pus operaberis perficientur. Nam Dei cura erie de te, ut dixit Apostolus Petrus prima episto : la, capite v. Vbi ait, quoniam Deo cura est de nobis.omnem igitur follicitudine tuam proniiij ce in

ce in Deum, & sub potenti manu eius humiliaberis, & exaltabit te in tempore uisitationis ægrorum, & adhuc crede fili Deum effe, quoniam medicina à deo est, ecclesiastici xxxvIII dicentis. Altissimus creauit medicinam de terra, creauités eius scientiam, dixit enim: et dedie altissimus hominibus scientiam, quam uoluit honorari in mirabilibus suis, & in hominibus curans medicus mitigabit dolorem, & ungueta rius faciet pigmenta suauitatis, & unctiones conficiet sanitatis, & non consumabutur opera eius. Hæc ille, eandem mentem habuit Plato in libro de furore poetico, ubi ait. Nonne cuiq arti facultas à Deo tribuitur: & in conuiuio dixit:artes à Dis propter amorem humano gene ri traditas, ut ab Apolline medendi artem. Et huic alludens Hippocrates dixit secundo de prisca medicina:hancque artem medicinæ dignam esse censuerunt, quam Deo(quemadmo. dum putant) acceptam ferunt. Et dixit in libro de natura forminea; in morbifque hæc dico sentioue maximam quidem causam, & potissimum quid inhominibus esse diuinu nume. Ait ctiam Hippocrates in libro de sacro morbo:mihi quidem uidetur, qui magica arte utun tur nec Deos putare, nec si sunt quicquam pos se, nec prohibere posse. Quare mihi graues in Deos esse uidentur. Vt igitur præceptis Hippocratis obtemperare ualeas, ut decet, ne dum Deum esse te credere uelim, sed & ipsum firmo animo colere. Dixit hoc Hippocrates in libro de Probitate

de Probitate, ubi ait : medicina plurimum Dis concedit, Deosa colere reperitur. Medici nance plurimum Dis concedunt. Hoc etia dixit Hippocrates in tertio de ratione uictus. ubi loquitur de somnijs, de signisautem cælestibus, syderibusque cum quis gnarus peritusés fuerit, & doctus, sie provideto, nutricator, Difque supplicato, & post ait. Terræ uero mer curio, Heroibusce supplicato quam etiam fententiam attulit Hippocrates in libro de languen tium somnis. Nempeidem uidebis ab Hippocratein libro de aere, aquis, & locis, ubi ait.cum pauperes deos contemnant. Ditiores uerò cone tra. Plurimum enim Deos colunt, plurimaque sacrificia faciunt, cum diuitis abundent. Pauperes uero minus. Hortor igitur te fili, quia homo es, & rebus universis melior, & quippiam è cæteris diuinitus sortitus es, & similis Deo.ut ait Galenus in libro. An animal fit, quod in utero est. uirtutem, & bonitatem assequi debere. Et quia Medicus es. & Philosophus, ideo sapiens es, & similis Deo, ut dixit Hippocrates in libro de Probitate, ubi ait, Medicus enim uir sapiens est, & Philosophus deo similis, & quoniam Dei sapientia est uirtus, & Bonitas, assequere igitur uirtutem, & bonitatem, & fapiens efficieris, & similis Deo. iuxta illud Galeni in libro de cognoscendis, & curandis animi morbis, dicentis: sanc Deo similem esse sapientem, & ob hoc quod sapiens eris, sine peccato procedes, ut ibidem ait Galenus. Quapropter in omin omnibus tuis operibus felicitaberis, et deus adiutor erit tibi, no autem eris tu deo adiutor. quoniam deo nihil est ab homine adiutorij. Iob xx v 1. Dices autem tu quo Deum elle credam, quem non uidi unquam: Huic dixit Galenus in 1x.de decretis Hippocratis, & Platonis, ubi air. Quod si propterea quod ipsum deum non uidemus, non esse etiam dicamus. Similitudinem iudicij in artibus minime seruabimus, quem admodum enim ridiculum est, si quis eò quod uideat aliquem quippiam fabricantem, iccirco artificem existimet, etiam si male fabricatas par tes aliquas fuisse depræhenderit. sic cum optime constitutam Nauim, uel Domum, uel lecticam conspexeris, licet ignores quis ea condiderit, si absq arte, sed fortuna extitisse ea om nia existimes, merito eris deridendus.quo fir, ut absurdum sit existimare causam fabricæ nostri corporis, & corum, quæ apud nos funt, & con tinue apparent, temerariam, & fortuitam, & non artificialem . Habes igitur signa fili apud nos, quibus Deum esse confiteberis, quorum maxime est omnium animantium, ac nostri cor poris fabrica, ut probat Galenus in libro de fæ tus formatione. crede igitur deum elle, & ipsum cole. & illius nomine operaberis, & bene ti bi succeder.iuxta illud marci x v 1. in nomine meo si superægros manus imponent bene habebunt. Et si non uides eum, Beati enim qui non uiderunt, & crediderunt. Ioanis xx. Nemo enim deum uidit unquam, Ioannis primo.neque nouit,

110

li,

nouit, neque uidere potest nisi christus. Ioannis v 1 & ad Thimotheum v 1. Hortor igitur te fili. Deo ac eius uoluntati obedire, ipse enim & te pro fui uoluntate utetur, ut dixit laias x L v. ueh qui contradicit factori suo, & post ait. Ego suscitaui hominem ad iustiriam, & om nes uias eius dirigam. igitur fili in his quæ in arte medendi operaberis, nihil mali inducas, credens id in occulto factum elle. Dixit enim ec clesiasticus x v 1. non dicas à Deo abscondar. quoniam nihil occultum est Deo. Et xx111. Dia xit,& homo non intellexit, quoniam omnia ui det oculus Dei . sanc inquam Deum cole, quoniam ab eterno bonus est, & non à seipso bonus reditus eft. Quapropter, & nos omnes eum naturali amore prosequimur, ut ait Galenus in libro, quod animi mores corporis temperaturas sequuntur. Et post dixit authore Platone in Thimeo. Nam nec denique est factus aliquando, cum perenniter ingenitus fit, ac fem piternus. Igitur quoniam Deo nihil occultum est.ecclesiastici x v 1. Ideo deum ubique opina beris, & cuncta uidere . Dixit enim Hieremias \*x111. Puras ne, Deus è uicino ego sum dicir Dominus, & non Deus de longe. Si occultabitur uir in absconditis. & ego non uidebo eum dicit Dominus. Nunquid non cælum et terram ego impleo? Dicit Dominus. Igitur hortor te fili ut in omni tui medicatione à Deo auxilium petas, et bene tibi erit.iuxta illud Pauli ad ephesios xxx111. ubi ait:non est Deus alius, ut Deus re-Hilsi

Etissimi assensor cæli, auxiliator tuus. &c. Præ terea hortor te fili, ut iusiurandum Hippocratis observare coneris, præsertimper ea, quæ ad ægros sanandos attinent. Aegrotantibus igitur uictus rationem costitue pro facultate corum, & iudicio tuo commodam,omneque detrimen= tum, & iniuriam ab eis prohibebis. Porrò neque ullius preces apud te adeò ualidæ fuerint, ut cuipiam uenenum sis propinaturus, neque etia huius rei semper uerendæ consilium dabis: simi liter autem neque mulieri Talum uuluæ subdititium ad corrumpendum conceptum, uel fætum confilium dabis. Dico quoq tibi fili. Quòd in quancunque domum ingressus fueris, ob uti litatem ægrotantium intrabis, & ab omni iniuria uoluntaria inferenda remotus eris, ab operibusque uenereis abstinebis, siue muliebria, siue ui rilia fuerint. Menti quoque habeas nobiles, pau peresque, liberos etiam atque seruos, æqua lance medicari. Quæcunque etiam inter curandum uideris, aut audieris, cognouerisque in communi hominum uita, ea tanquam archana apud te continebis. Quod sita feceris, porrò, & integre, & fancte uitam, or artem tuam conferuabis.

四月日 明日日

PTE

Tica

NOT

do

CO

### TYPOGRAPHVS LECTORI.

A IVEAT

IVINA M profectò, et omni laude digname Platonis sententiam existimani, cuius et iam meminit Cicero in libro Officiorum, quà nes

minem sibi soli natu esse, sed id temporis, quo nobis uita bac frui datum est, totum partim in adiuuanda patria, partim in demerendo humano genere consumendum esse censet, Quamobrem ego omni ingenio, omniq; industria semper studui, ut bominibus prodesse possem.binc fit ut st non aliter, saltim hac mea impressoria arte Studiosis adiumentum aliquod afferre indies coner , bu= iusce uero meæ propensæ erga studiosos uoluntatis te= stes possunt esse omnes, qui rei literariæ operam sedue lo dare curant, quippe qui multa doctorum uirorum uolumina in nostra officina diligentissime, & castiga= tisime impressa, præ manibus habeat, Quin quotidie no ua etiam publicare studemus. En igitur amice lector in præsentiarum tibi damus nouum hoc Medicinalis Empi= rica opus Excellentisimi domini Benedicti Victorij Fauentini, Ex cuius lucubratione facillime comprehen= dere poteris eximiam Medicæ facultati utilitatem ac= cesisse, or humanæ saluti optime consultum fuisse, quam si alacri animo susceperis. Curabo ut maiora in= dies, atque excellentiora celeberrimi buius uiri opera, que uir ille undequaque doctisimus in manibus habet, cum incredibili omnium studiosorum utilitate in lucem exeant. Vale.

Dention déferés curation Diares choixes

# TABULA MORBORUM, ET INFIRMLE TATUM CONTENTARUM IN EMPIE rica Excellentissimi Domini Benedicti Victorij Fauentini.

CHERT CHEST STATES OF STATES OF STATES	N. A. C. Street
li meti efofe.Al comportagno nober nite	Ship haran
X Ccidentia anima.	car. 290
Accidentibus febris continua acuta	quibus reme=
dijs succurratur.	car: 3 0 5
Apoplexia curatio.	car. 15
Apostematis stomachi curatio.	car. 102
Asfmatis curatio.	car. 6.1
Apostematis hepatis curatio.	car. 119
Apostematis matricis curatio.	car. 184
Ardoris Vrinæ curatio.	car. 196
* angelous de maidemignite C. Possilia	redression ster.
Calculi renum curatio.	car. 204
Causa febris continua acuta in generali.	car. 272
Causonidis curatio.	car. 3 3 0
Colice et iliace passionis curatio.	car. 135
Confortantia membra principalia, &	his servien =
tid had been a sound and the same	car. 300
Coudis na Rionum curatio.	car. 87
Coxorum, & pustularum apparentium	in facie curae
tio.	car. 265
Curatio antiqui doloris.	car. 3
Curatio febris putridæ continuæ acutæ	per uictus rae
tionem.	car. 279
D.	
Dentium doloris curatio.	car. 45
Diareæ cholericæ curatio.	147
Degree chotes en mee	Diabetica

Diabetica passionis curatio.	car. 2 1 1
Doloris capitis curatio.	car.3
Doloris, & tinnitus, & furditatis aurium	curatio.
o care	39
Doloris emorrhoidarum curatio.	car. 2 18
ric cholores co. E. co er chodo sir	I wastin
Edematiscuratio.	car. 254
Emorrhoidarum curatio.	car. 2 18
Epilepsiæ curatio.	car.s.
	car.11
Exercitium febrientis quale.	car. 290
Exitus matricis curatio.	car. 183
F.	
Febris pestilentialis curatio	car. 3 8 L
Febris quartanæ curatio.	car. 350
Febris lipiriæ curatio.	tar. 349
Febris Epialæ curatio.	car. 348
Febris quidditas & modi in generali.	car. 269
Febris putridæ continuæ & acutæ quidditas	in generaa
climinis curatio.	car. 2 7 1
Febris putridæ continuæ acutæ curatio per u	ictus ratio=
nem. 20	car. 279
Febris putridæ continuæ acutæ curatio pe	r materiæ
concoctionem.	car. 292
Febris putrida est ægritudo ex repletione.	
Febris putridæ continuæ acutæ curatio per	euacuatio=
nem materiæ.	car. 296
Febris cholerica pura à puritate cholera	curatio.
car ran curation fing and hun	318
Febris cholerica interpollata curatio.	car: 3 2 0
Febris quotidiana curatio.	
Nava *	Febriume

19

5 7 12

Febrium compositarum, que Emitritei dicuntur, curae		
	car. 3 5 7	
tio.	car. 366	
Febris ethicæ curatio	car. 2 40	
Flegmonis curatio.	car. 43	
Fluxus sanguinis narium curatio.	car. 14.7	
Fluxus uentris cholerict curatio.	car. 151	
Fluxus dysenterici curatio.	car. 159	
Fluxus epatici curatio.		
Fluxus superflui superfluitatum albarum	car. 189	
ratio.		
Q to the Galante with the	Exercision/el	
Gomoreæ curatio.	car. 198	
H		
Hepatis doloris curatio.	car.116	
Hepatis apostematis curatio.	car. 119	
Herisipella curatio.	car. 249	
Hydropis curatio.	car. 1 2 3	
Hydropis ascitis curatio.	care127	
combinue or Leute quidding in genera-	School Survive	
Icteritiæ citrinæ curatio.	car. 1 3 3	
· Iliacæ & colicæ passionis curatio.	car. 135	
Inanitionis utilitas.	car. 290	
continue .M. to candid per materie	Febris purida	
Matricis præfocationis curatio.	car.178	
Matricis doloris, ac tumoris, wento	sitatis curatio.	
solcare to a consensation artistics	164	
Melancholiæ curatio.	cdr. 3 2	
Menstruorum retentionis curatio.	car. 170	
Menstruorum superflui fluxus curatio.	car. 174	
Mictus fanguinis curatio.	car. 202	
Morpheæ curatio.	sar. 264	
Bitor pitea cur ution	Naft	

Pai Pai Pai Phi Phi Phi Phi

Sca Sci Sin Sig

N.

and the state of t	
Nasi & oris fætoris curatio.	Gar. 47
amaily resident lan O	a milacor
ophtalmie, ac doloris oculorum curatio	. car.41
Oppilationis, tumoris splenis curatio	car. 161
Oris, or Nasi foctoris curatio.	car.47
official mounts arolled P. allefithed to	a discount
Passionum cordis curatio.	car. 87
Passionis colicæ & iliacæ curatio.	car. 135
Partus facilitatio, o doloris eius mitigatio	
Paralysis curatio.	car. 18
Phrenesis curatio.	car. 2 5
Pleuritidis curatio.	car. 67
Præfocationis matricis curatio.	car. 178
Pustularum & coxorum apparentium in	
tio.	car. 265
S. Someone	Write or D
Scabiei curatio.	car.259
Sciatici doloris curatio.	car. 234
Sinochæ of sinochi curatio.	car. 3 3 3
Signa continuarum & acutarum febrium i	
car.	275
Somnus febrienti nocuus.	car. 288
Surditatis, & tinnitus, ac Moloris auriu	
car.	39
Squinantiæ curatio	car.49
Sputi sanguinis à pulmone curatio.	car. 5 2
Stomachi doloris curatio.	car.93
Stomachi apostematis curatio.	car. 102
Singultus curatio.	car.115
Splenis oppilationis ac tumoris curatio.	car. 161
A	Superflui

B

tog pa

tin tit

175

the Post II D. C. M.	
Superflui fluxus superfluitatum albarum à ma	trice cue
water	
out mais mistus involuntary, uel alabetica	pajstonis
· remeatio ordered murrouno arrollas abilita	CHI - 2 1 1
T. TOURS TO CONTRACTOR OF THE PERSON OF THE	
Testiculorum tumoris er doloris curatio	car. 2 2 0
Tinnitus, of surditatis, ac doloris aurium	curatio.
Timities, O jamento,	39
cdr.	- VW 7.0
Produce cuadrio	
A no and ditagisim and Volob to compile	
it was filenum curation	car. 407
Variolarum & morbilorum curatio.	
Ventositatis ac tumoris matricis curatio.	car. 164
Vigilia, o qua circa eam attendenda.	car. 289
Vlcerum pulmonis, fputi saniei curatio.	car- 5 7
Vicerum puintonis, O Jewer June	car. 187
Vlcerum matricis curatio.	
Vomitus curatio.	car. 1.99
Vrinæ ardoris curatio.	car. 196
VILLE MINDING WITH THE	Scalini au
The state of the s	
loris cievitia.	ion printing
finochi caratio	Division of
inuarum & acutarum sebrian in generalis	gigne cont
	450.76

Semines schrienti nocuus.
Sandicatis, & timitus, actiologis darium curatio.

Splenie oppilationie ac majorie artitio.

Serinantie curatio


Stom schi apoli smatis cur stio. ... Singulaus caixatio.

Spuri fanguinis à pulmone caratio.

### BENEDICTIVICTORIL FAVENTINI MEDICATIO EMPIRICA.

per le dotor sie fine per accidens ipfins febrisies in one:

### DE DOLORE CAPITIS, Caput primum.



D DOLOREM CAPITIS antiquum, remedium tale est, præceden te lenitione uentris, si dolor magis retro adfuerit, uenam frontis secabis. Quod si magis ante ægrum infestabit, sangui=

sugas post aures apponito, dum tamen prius secetur cephalica cubiti dextri, uel sinistri, secundum quòd dolor infestatic risions stand pagille are continued notoh id

Recip. Corticem cepæ, sub feruentibus Cineribus decoque. Demum frustum eius auri imponito, ex eadem parte qua dolor existit, super quod inungito sic.olei lau rini, olei rosati completi calidi ana drach. s. Demum cum bombice claudito, idemque observabis, si intensus au ris fuerit dolor. Aliud in unaquaque materia ualens, er est expertissimum unguentum, cum quo uolo, ut inun gantur pulsus temporum of frons tota.

Recip. Succi camomillæ recentis unc.iiij. succi rosa= Anguerma rum recentium unc.ij.succi rutæ recentis, succi betonicæ, ana unc.i.s.succi radicum altheæ unc.ij. olei rosati om= Alabastr phacinilib. i. s. Alabastri optimi & purisimi unc. iij. puluerizetur subtiliter alabastrum, er per noctem er diem infundatur in oleo omphacino:deinde cum cæra al= ba optima quantum sufficit, ex omnibus conducatur un

quentum

guentum, quod utique unguentum ualet omni dolori ca= pitis a quacunque materia pendente, siuè per effentiam, siue per consensum, siue cum febre, siue sine fuerit, siue per se dolor sit, siuè per accidens ipsius febris: or in om= ni tempore paroxismi nos possumus uti. Excepto principio.

Vbi dolor capitis tantum ægrum infestaret,ut absque dubio timeremus de corruptione operationis alicuius uir tutis membri, olas mulbamos munois

Recip. De prædicto unguento unc. s. oppij gran. iij. inungantur cum prædicto unquento pulsus temporu, or si alicui alteri parti capitis adfuerit dolor, eidem unguen tum applicabis. Aliud. instabilita sa

Vbi dolor diuturnus in aliqua parte capitis infesta=

ret ægrum.

Recip. Mucillaginis fœnugræci, mucillaginis seminie lini, mucillaginis seminu meliloti ana unc.i ungueti præ dicti alabastrini unc.i.olei liliorum alborum unc.s.misce, et in mortario bene ducantur, quousque siat unguentum, cum quo ungatur pars capitis dolens: demum super ipsa extendatur paululum de lana succida, fortificabis etiam st expedit cum quatuor granis oppij. Thoc est bene expertum. Succei comomis Shills and

Et ualet in omni dolore capitis in quacuque materia,

or in quocunque tempore.

Recip.Rosarum rubearum, florum camomilla, melilo= ti,calameti,abrotani ana M.ij.bulliant in lib.xl.aquæ, o uini albi potentis usque ad consumptionem medietatis. deinde abluantur quotidie cum buiusmodi decoctione ca lida. lida, crura à genu infra, Brachia, à cubitu infra, mane or uesperi, stomacho non impleto.

Vbi uerò dolor capitis ortum habuerit à morbo gal=

lico, purgato capite sequentibus pilulis.

Recip. Pilularum aurearum scrup. ij. pilularum de fumo terræ drach.s.misce, cum svrupo uiolato siant pialulæ numero quinque. capiat inde per xx. dies continuos apud diluculum sequentem potionem super doremiendo.

Recip. Decocti ligni guaiaci secundum artem sacti lib.vi.folliculoru senæ, betonicæ, sticados arabici, polypo dij quercini ana m.s. turbith boni, agarici electi ana draci ij.s.misce, et bulliat omnia usque ad consumptione tertiæ partis. deinde colentur, & de colatura

Recip.unc.vi.oxymellis simplicis unc.ij.misce pro'una uice.continuet hunc decocti modum, es bene erit. ubi ue rò dolor capitis per consensum ab utero, siat sanguinis

mißio ex faphena in talo.

Demum fiant lotiones prædictæ, addendo matricas riam, or fequetur modum curæ dispositionum matricis post dicendum.

### DE EPILEPSIA.

Cap.11.

VM EPILEPSIA apud antiquos Medicos reperiatur duplex. Vna quidem per proprietatem. Alia uerò per consensum.

Primo curabimus epilepsiam proprietatis, secundo communitatis.

Et quia maior expedit cura in præseruatione à casu in paroxismum epilepticum, quam curare in actu paroxismi.

A iij Ideo

Ideo primo dicemus cură preseruatiuam ad epilepstă. Secundo uerò, quid agendum sit bora paroxismi.

Primo igitur laudo.quod si epilepsia fuerit in corpore carnoso complexionis sanguinea, cum rubedine faciei, o apparentia uenarum in oculis, caliditate membro rum uicinatorum cerebro.quòd fiat phlebotomia.

Prima quidem diversiva, et evacuativa ad longinquas partes, bec fiat per sectionem saphene dextri pedis, o inter medio uno die phlebotomia fiet ex communi dextri cubiti. Demum uerò transactis tribus diebus, secetur uena cephalica in curuatura eiusdem cubitisquia bus phlebotomijs expeditis, dum ad eas præcesserit uen= tris lenitio, consulo. Quod digeratur materia pece cans, que or si sanguis peccet secundum plurimum, tas men est per admixtionem ipsius pituitæ cum eo.quapro= pter cum phlebotomia sit euacuatio epilepsiæ sangui= neæ.secabis uenam non expectata digestione. si tamen expediet, digestio erit in epilepsia pedente à pituita per esfentiam in cerebro.

Digestiuum igitur erit sequens.

Recip. Oxymellis simplicis unc.i. mellis rosati colati une.s.aquarum betonicæ, saluiæ, buglossæ ana unc.i.mi= sce, continuato digestiuo per vij. dies continuos. co appa rentibus signis digestionis in materia, purgetur materia à capite sequenti purgatorio, semper à leuioribus curam inchoando.

Recip. Pilularum de Hyera Nicolai, masticinarum conciliatoris, aurearum Nicolai ana scrup.i.misce, cum syrupo de sticados fiant pilulæ numero v. Facta hac pri= ma purgatione, quiescat æ ger per sex dies continuos ab ulteriori purgatione: quoniam assidua purgatio in epile ptico agitando materias, damnum ingerit. Demum lau-Oshi.

do, quòd

do, quod quolibet uesperi cu æger cubare uoluerit, capiat bolum infrascriptæ mixturæ.

Recip. Diacori conserue sticados, conserue saluie ana unc. i. radicum peonie, subtiliter paluerizate drach. ij. misce cum syrupo de sticados, siat mixtura. Dosis est unc. s. pro qualibet uice, mane uerò in eisdem sex diebus per tres horas ante cibum, laudo. Quòd æger capiat unc. s. præparatarum radicum masticando, er expuendo ferè per tempus unius horæ.

Recip.Radicum acori unc.iij. aduerte quòd in quibuslibet diebus purgationis, uel non purgationis, si patiens aluum strictam habuerit, quotidie elystere unum stomacho iciuno imponatur, quod sit talis copositionis.

Recip. Florum sticados arabici, florum camomille, be tonicæ, er sansuci, saluiæ, rutæ ana m. i.mercurialis, folio rum maluæ, uiolariæ ana m. s. bulliant in sufficieti quan titate aquæ, usque ad consumptionem medictatis aquæ. Demum de colatura

Recip.unc.s. Hyeræ compositæ unc.i.olei rutæ unc.iij. facchari rubei unc.i.s.uitelli oui numero.i. salis commu= nis drach.iij.misce, or imponatur clystere.

Transactis uerò sex diebus, laudo, ut in cura præser= uatiua ab epilepsia iterato patiens purgetur præcedete digestione cum sequenti syrupo.

Recip. Syrupi de Hysopo, syrupi de sticados sine speziebus, mellis rosati colati ana unc. s. aquarum hysopi, be tonicæ, saluiæ ana unc. i.misce his expletis syrupis septë diebus continuis apparentibus signis concoctionis, pur getur materia sequentibus fortioribus pilulis.

Recip. Pilularum cochiarum almansoris, pilularum de agarico mesuæ, aurearum nicolai ana scrup.i. Ellebori nigri præparati, propter id quod de melancholia illi

A iiij morbo

morbo coniungitur scrup.s.misce.cum syrupo de hysopo fiant pilulæ numero iij.quas patiens capiat post primam dormitionem de nocte.

Et aduerte, Quòd in ægritudinibus cerebri, quanto pi lulæ großiores sunt, tanto efficacius operantur à cerea bro, proter longiorem moram, quam trabent in stomaa cho. facta hac purgatione secunda, Consulo, ut apponantur tur tres sanguisugæ uenis Emorrhoidalibus ipsius patië tis, tanto efficacius hoc facias, quanto quòd signa sana guinis apparuerint. E extrahatur sanguis pondere unciarum quatuor, melancholicis enim emorrhoides conferunt. Demum quiescat patiens per sex dies continuos abulteriori purgatione, in quibus laudo, quòd in uesperi cum ibit dormitum ipsum capere debere bolum infrascriptæ mixturæ.

Recip. Conseruæ Iuæ unc.i.conseruæ saluiæ unc.s. raa dicum peoniæ subtiliter puluerizatarum unc.s. misce cu syrupo de iua of siat mixtura. Mane uerò quolibet in issem sex diebus uolo patientem uti of masticatorio, et lotione in extremitatibus, quorum quolibet materia dez

trahatur à capite, masticatorium tale est.

Recip. Masticis unc. i.peoniæ unc.s. passularum enu=
cleatarum unc.ij.puluerizentur puluerizanda, or omnia
insimul cum contusis passulis misceantur, or siant masti
catoria ad formam nucis auellanæ, de quibus quolibet
mane patiens unum masticando expediat. or materiam
à capitte attractam ad os expuere conetur, sacto uno ma
sticatorio, laudo ipsum patientem abluere sibi pedes
à genu infra, or brachia à cubito ad manus, sequenti
lotione.

Recip. Calamenti, betonicæ, florum sticados arabici, florum sticados montani, maioranæ, rutæ, iuæ ana M.i. radicum radicum peoniæ unc.s. misceantur, o bulliant in forti lixiuio usque ad consumptionem tertiæ partis, o usui reservetur. His sex diebus exactis, laudo, siendam sore fortiorem tertiam purgationem, ut ea apertiorem uia habeamus ad cætera applicanda, o ad localia exer= citanda

Digeratur igitur materia tertio isto syrupo sequente.

Recip. Oxymellis compositi, syrupi de hysopo, mellis rosati colati ana unc. s. aquarum peoniæ, hysopi, saluiæ ana unc. i. castorei ligati in petia subtili & rara scrups. misce. Et de mane syrupo calefacto in diluculo, & cola lato patienti exhibeatur. & sic præcise eodem modo continuabis per septem dies continuos. Octavo uero die purgetur materia sequentibus pilulis.

Recip. Pilularum cochiarum almansoris scrup. ij. pilularum sœtidarum scrup.i. Elebori nigri præparati. Castorei optimi ana scrup.s. siant cum syrupo de sticam dos pilulæ numero v.& aduerte quòd has medicinas, es in dosi, o in uirtute debes metiri secundum robur uirtu tis patientis, o secundum ætatem, quoniam in pueris, uel in senibus patientibus epilepsiam nimium graues sunt prædictæ medicinæ. Quapropter magis, o minus id relinquo in iudicio, o arbitrio prudentisimi medici.

Ad epilepsiam per proprietatem expertum est, sequens remedium optime conferre, si patienti per septem horas ante cibum quolibet mane detur drach i infrascripti pulueris.

Recip.uescicarum Apri syluestris cum propria urina numero ij.exsiccentur in surno lento igne, adeò ut non comburantur.quibus exsiccatis subtiliter puluerizentur, & de tali puluere detur drach.i.cum aqua peoniæ quan=

Acces.

tum

tum sufficit ad dissoluendum, or reperies utile prasidiu ipsi corpori epileptico.

Ad idem, & est expertum, si detur patienti epilepsiam quolibet uesperi in ingressu le ti sequés antidotum, las to falancilique horses la muse

Recip.Castorei optimi drach.s.pulueris radicum peo niæ scrup.i.misce cum syrupo de sticados.fiat pilula una

quæ patienti exhibeatur.

Adidem, & est expertum & optimum si pa= tienti epilepsiam per proprietatem, detur infra scriptus bolus, quolibet mane per septem horas ante cibum.

Recip. Cranei humani drach. i. s. pulueris peoniæ drach.s.mithridati optimi drach. ij. misce, puluerizatis

puluerizandis, of fiat bolus.

Adidem & expertum. si patiens quolibet ma ne quod sequitur masticet per unam horam co tinuc, & materiam fluentem à capite expuens, optimum inueniet iuuamentum.

Recip. Radicum acori conditarum uncia. s. pro

una vice. i mairiounes motates muibauxel an altresime in Ad idem, & est expertum, si patienti propinabis dare in ingressu lecti sequentem bolum, ipsumque detinendo in ore plusquam sic posfibile, demum ipsum tranglutiendo inuenies ip= fum optime ualere. ago mulbomen anampalato

Recip.conseruæ Saluiæ, conseruæ sticados ana drach.ij pulueris radicum peoniæ drach.s.misce, patienti dato

modo dicto.

Adidem, & est expertu, si patienti in ingressu lecti dabis unam de infrascriptis pilulis, inuenies magnum præsidium ex his

Recip.

Recip.pulueris hysopi, pulueris prasij ana drach.so pulueris radicum peoniæ drach. i.assæ fætidæ scrup.i.ca storei drach.s.puluerizentur puluerizanda subtlissime, com syrupo de hysopo, reformentur pilulæ numero septem. Quòd si huiusmodi remedia non contulerint, laud o,ut sine timore aliquo offeratur cauterium corpoeri patienti epilepsiam, com solum unum, quinimo tria.

Primum cauterium sit semper actuale, of sit de direa

Secundum uerò sit in fontanella i spondilibus colli, in prima uel secunda spondili, ubi collum iniungitur craneo.

Tertium sit infra genu per quatuor digitos in parte sylucstri infra duos musculos dico hoc in adulto corpore potente hæc medicamenta tollerare, in puero uerò epilez ptico non nisi apud primam, uel secundam spondilem col li committendum est cauterium, facto uerò altero, uel pluribus de his cauterijs, regatur paties regimine medici narum ante dicto quonia plerunque necessitas cogit nos offerre cauteria à principio morbi.

Et hæc de epilepsia per proprietatem dicta sint.

### DE EPILEPSIA PER CONSENSVM,

A D EPILEPSIAM per consensum, cum secundum plurimum epilepsia per consensum ab aliquo membro corporis humani sit per mae lum sumum absque præsentia humoris communicatum ipsi cerebro, or uentriculis eiusdem, qui sumus quadoq; est sapiens substantiam or naturam humoris peccantis, quadoq; uerò est sumus uentosus ab illo affecto membro ad cerebrum

dia

CETT

53

(0)

fpi pi

Di

C

ad cerebrum communicatus.

Ideo laudo, quod prima epilepsiæ curatio per con sensum, sit corrigere malam complexionem membri ip= stus consentientis, er euacuare ab eodem membro cau= sam existentem in eo siendæ epilepsiæ in cerebro. Et quoniam secundu plurimu uetriculus, uel aluus propter setidas, corruptas materias existetes in ipsis magis, quàm in alijs membris, epilepsia ipsi cerebro coicatur.

Ideo laudo, ut æger lenitiua medicina prius euacuez tur, quæ medicina er si stomachalis est, uel suerit, non absoluatur tamen à medicina habente uirtutem capitale.

Leniatur igitur primo uenter cum sequenti

medicina.

Recip. floris casiæ nouiter tractæ unc.i.radicum peo niæ subtiliter puluerizatæ drach.ij misce, & siat bolus cum saccharo. Demum concoquere debes præsentem materiam existentem in stomacho una cum decoctione communicata uenis, cum secundum plurimum ad ipsum stomachum mali bumores constuunt à uenis.

Syrupus digestiuus est ralis.

Recip. Syrupi de Betonica, ualet enim stomacho excapiti, syrupi de menta, oxymellis simplicis, syrupi de endiuia, mellis rosati colati ana drach. iij. aquarum be tonicæ, mentæ, buglossæ ana unc. i.misce, continuato syrupo per tres dies continuos apparentibus signis cococtionis dabis sequens purgatorium.

Recip. Diacatholiconis drach.vi.electuarij rosati,me
sua drach.ij.electuarij indi maioris,electuarij de dacty=
lis,electuarij succi rosarum ana scrup.i. misce cum aqua
decoctionis radicum peonia, polypodij quercini, solli=
culorum sena, o florum omnium cordialium, siat po=
tus.quod si pergratum suerit magis patienti capere me=
dicinam

dicinam in forma pilulari, sumat per duas horas ante luz cem infrascriptas pilulas.

Recip. Pilularum fœtidarum,indarum,aggregatiuaa rum,aurearum ana scrup.i.misce cum syrupo de menta,

fiant pilulæ numero septem.

Ad idem, consulo facta purgatione, alternis diebus patiens utatur infrascripto clysterio eua cuante ab intestinis, & stomacho, uirtutem sui cerebro communicante.

Recip. Absinthij, mentæ, pullegij, calamenti ana M.i.radi cum Peoniæ, polypodij quercini ana drach. ij. anisorum, fæniculi, carui, Dauci, ameos ana M.s. agarici ligati in petia drach. ij. uiolariæ, mercurialis, ana M.i.s. Bul= liant omnia in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis. Deinde colentur, er de colatura

Recip. unc. x.Benedictæ, hyeræ simplicis Galeni ana unc.s.olei rutæ unc.iij.mellis rosati unc.ij. sacchari rubei unc.i.salis communis drach.ij.uitelli out numero.i. misce, er siat clystere.

Ad idem, laudo quod quolibet mane, & uefperi per duas horas ad minus ante cibum capiat bolum infrascriptæ mixturæ, quoniam &
omnibus membris naturalibus confert, uentositates, & malos sumos ipsorum resoluendo.

Recip. Aromatici rosati, electuarij pliris arcoticon. Diagalangæ ana unc.i. Diairis, Diacori ana unc.s.radi= cum peoniæ subtiliter puluerizatæ drach.ij. misce cum syrupo de menta, or siat electuarium.

Ad dem Consulo, & est expertum, & est se cretum, si patiens utatur bis in septimana, uel ter in ingressu lecti una de sequentibus pilu-

DE APO

lis

lis, proculdubio sanabitur ab Epilepsia, nedum per consensum uerum etiam per proprietatem.

Recip.Castorei optimi. Assæ fætidæ ana drach.s.radi= cum peoniæ subtiliter puluerizatæ drach. i. aromatici rosati. drach. ij. misce cum svrupo de menta, er siant pilulæ numero.vij.

Ad idem & expertum est, si patiens unam des sequentibus pilulis cæperit in ingressu lecti

quolibet uesperi uel alternis diebus. 00 ordens

Recip. Elebori nigri bene præparati, et mundi drach. i. specierum diagalanga drach i. s.radicum peonia sube tiliter puluerizatæ drach. s. misce cum succo absinthij, offiant pilulæ numero nouem. Quod si his remedijs non curetur Epilepsia hæc per communitatem, Consulo, ut deueniamus ad manum chirurgicam, o à quocunque membro inferiore comunicetur Epilepsia capiti. Consue lo, ut fiant duo cauteria in duobus cruribus infra genu in parte syluestri per quatuor digitos intra duos muscu los. Demum Consulo, quod si medicus bene expertus co= gnouerit mebrum, à quo comunicetur Epilepsia cerebro, sicut cognouit Galenus de puctura facta in digito pedis ab animali uenenoso, propter quam ab illo membro com municata fuit Epilepsia ipst cerebro.tunc temporis caue terizetur membrum tale. Sicut, cum secundum pluriz mum sit à stomacho, cauterizatur de directo mali grana ti, o quoniam omnis ægritudo per cosensum ad aliquod membrum, si prolungetur, efficitur per essentiam in illo membro.

Ideo laudo, quòd ultra hæc cauteria continuante morbo, cauterizetur commissura coronalis, ut prius dictum est.

Et hæc de epilepsta.

# alogra be suffer interest as the Caput. 111.

electionscionen in materia, com paroximus Apopueti V M AD fortem Apoplexiam imposibilis sit curatio . tdeo eiusdem regimen & curam derelinquamus presbyteris. Quoniam uero leuis Apoplexia, et si difficilem habeat curam, non tae men impossibilem, ideo eius curam perstringemus, pri= mo debet Medicus considerare à qua materia, ueluti à præcedente causa siat apoplexia. Quod si sanguis suea rit, illico phlebotometur æger primo ex uena communi extrabendo sanguinem pondere unc. vi. habita uirtutis consideratione, er ipsius ætatis, hinc uerò à quatuor uel quinque horis. iterato æger phlebotometur ex cephalis ca cubiti dextri extrahendo sanguinem pondere unc, iiij. ad plus, hinc uerò ad sex horas, quod per me expertum est, & bene contulit, phlebotometur uena recta frontis extrahendo sanguinem pondere unc.iij.quibus phlebotos mijs celebratis præcedente uentris lenitione, Laudo, quod fiat sequens clystere.

Recip. Betonicæ, saluiæ, by sopi, centaureæ, Aristoloa giæ, slorum sticados arabici, mercurialis ana M.i. slorum camomillæ, anisi, ana M.s. Agarici, pulpæ colloquintidæ ana drach. ij. ligetur in petia agaricus cum pulpa coloa quintidæ, o bulliaut in sufficienti quantitate a quæ usq; ad consumptionem medietatis, deinde de colatura

Recip. Vnc. x. Hyeræ logodionis, Hieræ compositæ ana unc.s. mellis rosati unc.ij. olei rutæ unc.iij. sacchari rubei unc.i.s. salis communis drach iij. uitelli oui numero i.misce, componatur clystere. Et nota quòd clysteria, quæ in apoplexia siunt, debent esse fortia magis, quam= in epi lepsia, propter uirtutes omnium membrorum so pitas

H,

pitasesse. Et ideo difficulter excitari possent ad expellendum fibi nociuum facto clysterio laudo, ut non expeetes digestionem in materia, cum paroxismus Apopletia cus sit ualde acutus, or in ualde acutis expedit mederi in eodem die, igitur dentur sequentes pilulæ patienti apo plexiam, quod si propter impedimentum datum musculis deglutionis æger libere non poterit pilulas deglutire, dissoluantur in aqua faluiæ quantum sufficit.

Recip. Pilularum cochiarum, almansoris, fœtidarum ana drach.s. Aurearum nicolai scrup.i.misce cum syrupo de sticados, o fiant pilulæ numero.v. o aduerte, Quod pilulæ debent effe in maiori dost, ut melius excitent so= pitam uirtutem expulsiuam patientis apoplexiam, fa= Eta euacuatione à toto corpore per dictas pilulas, consu lo, ut patienti apponantur cucurbitulæ scarificatæ cum

sequenti ingenio, quo bene me reperi.

Primo forti frictione fricentur pulpæ crurium sub genu, deinde applicentur cucurbitulæ eo in loco, o sca= rificentur. Demum fiat fortis frictio supra coxas infra nates, or iterato cucurbitulæ apponentur, simili scarifie catione facta deinde præcise codem modo super natibus sic ascendendo, usque ad spatulas, in quibus facta forti, et laboriosa frictione apponantur quatuor cucurbitulæ, si= militer scarificando, et in isto ingenio habebis optimum modum divertendi, or trabendi materiam à capite pa= tientis apoplexiam, his omnibus peractis, of si simus in eadem ægritudine eiusdem naturalis diei, laudo, ut detur patienti cauterium actuale de directo commissura coro= nali, or conseruetur apertum plurimis septimanis. Dein= ceps laudo, quod si patiens non poterit deglutire syru= pos, quòd continue ori ipsius imponatur drach.i. uel. ij. mitridati optimi, ualet enim ad huiusmodi morbuset an= te,00

te, or post euacuationem, et digestionem in materia. Si debilitate morbi patiens poterit liquida transglutire, consulo, ut ipsi detur sequens digestiuum per treis dies continuos.

Recip. Sirupi de iua, de hyssopo, oxymelis compositi ana unc.s. Aquarum iuæ, saluiæ, hyssopi ana unc.i. Ne mi=reris, st calidis utor; quoniam ut plurimum materia, ue=luti coniuncta causa ipsius apoplexiæ, est pituitosus hu=mor replens caua cerebri; ubi à calidis facile soluitur; tum etiam, quoniam ipsis calidis posset in toto corpore febris accendi. quo sit, ut apoplexia, spasmus, es eius causa soluatur. Continuabit igitur hos syrupos per treis dies. posteà laudo, ut totum corpus purgetur sequenti=bus pilulis.

Recip. Pilularum cochiarum Alman. fætidarum ana drach. s. ellebori nigri, castorei optimi ana scrup.i.mie sce, er siant pilulæ numero yij. or patienti exhibeantur in medio noctis.

Ad apoplexiam pituitosam expertum est, si patiens utatur sequenti mistura quater, uel quinquies: in die releuabitur enim a paroxismo apoplexiæ.

Recip. Conservæ iris, conservæ acori, diamusci amari ana unc.s. castorei optimi drach.i. misce, & cum syrupo de sticados siat mistura: & si possibile est, patiens seme per in ore detineat quantitatem aliquam, licet par uam, huiusmodi misturæ. Recordare tamen, theriacam magnam mirabile præsidium afferre apoplectico, si acce perit drachmam unam per duas horas ante lucem, & nie hil comedat, nisi sex transactis horis ab assumptione theriacæ. At quoniam apoplexia non dat inducias nee

que patienti, neque medico, quin certsime terminetur in mortem, uel in paralysim alicuius particulæ corporis humani(est enim paralysts crisis apoplexia)ideò de pa= ralysi dicam in sequenti capite. eccip. Söupi de ina, de los fopo, oxomelis compositi

#### DE PARALYSI, Cap. IIII.

acousting in Distances

他 如 四 四 日

01

ad mem=

VM PARALYSIS à doctoribus pona tur duplex, una quippe universalis; altera uero particularis: universalis quidem, cum totum teneat corpus animalis; quæ est universalis spaf= mus, cum quo stat minime uita, cum sit fortis apople= xia; ideò nollem, ut ab eam medicus se intromittat cu= randam, particularis autem paralysis duplex est. Vna non equidem multim distans ab universali paralysi: or =est, quæ tenet alteram medietatem totius humani corpo= ris, uel dextram, uel sinistram; cuius paralysis alterius partis timor est de casu alterius: altera uerò est paralysis particularis, que uni soli particule accidit: sicut sunt om nes ille particule, ad quas terminantur nerui in corpori bus nostris: ueluti est paralysis lingua, paralysis faciei, brachij, uel digitorum unius, uel ambarum manuum, uel pedis, & hanc paralysim particularem sie curabimus. Nam si bæc paralysis accidat corpori multum carnoso, o sanguineæ temperaturæ, quòd in præteritis temporibus multiplicauerit, or usus fuerit regimine ge= neratiuo sanguinis, bumorum calidorum, laudo, fieri phlebotomia uenarum ex parte sana, er sanguis extra= hatur, multiplicando numerum, potius q quantitatem. quoniam natura asuescet ex paulatina, or multiplici illa phlebotomia ad conducendum materiam à membro læso

ad membrum sanum: quo fiet, ut materia illa sparsa facta debilior, citius resoluatur à uirtute forti partis sanæ: es sic illi, qui credunt, quod ex phlebotomia partis sanæ, uel ex fricationibus factis in eadem parte sana, conducatur paralysis in partem sanam, errant: quoniam ignorant, uirtutem sparsam esse debiliorem se ipsa uni= ta. Quapropter cum ipsis fricationibus trabatur, & spargatur materia ad partem sanam, huius robur potene tius est;ideog; celeriter soluitur, or uitiata pars sic sanabitur. Sic igitur laudo, post phlebotomiam, uel nula la adhuc præcedente phlebotomia, frictiones fieri in par te sana, dum tamen non te lateat, non solum frictiones diuersiuas in parte sana factas præstare præsidium, sed etiam frictones leucis resolutiuas, co non attractiuas in partæ læsa multum iuuamentum præstare, eo quia fri= ctionibus illis excitatur calor naturalis membri ad refoluendum materiam illam morbi, or reserantur uiæ, ut spiritus ipsi posint ad illud membrum transire, co ipsum uiuificare. Facta phlebotomia, laudo, ut paa tiens paralysim euacuetur sequenti pharmaco. Et non attendas eis, qui in ægritudinibus frigidis uolunt expe= ctare digestionem in materia, cum plerique sua multiz tudine peccent;eog; tempore,quo digereretur,æger mo= reretur, or ideò audax eris à principio ipsi paralitico dare sequenteis pilulas; quoniam cum non laboriose eua= cuent, recte concedemus eas à principio.

Recip. Pilularum de hiera simplici scrup ij. agarici trochiscati drach. s. misce cum syrupo de sticados; siant pilulæ numero quinque, or dentur patienti in medio noa ctis. Facta prima euacuatione, digeratur materia sea quenti Syrupo, continuato per septem dies in diluculo.

B ij Recip.

pr

华神 四

Recip. Oxymelis simplicis (cum, ut plurimum, mate= ria sit pituitosa, et cofluens à capite) mellis rosati colati, syrupi de sticados ana unc.s. aquarum bysopi, betoni= cæ, bugloßæ and unc. i. misce apparentibus signis dige= Stionis in materia quantuncunque non completis. Cum sit morbus ualde diuturnus, patienti dabis sequenteis

Recip. Pilularum cochiarum Alman. de Hiera Ni= colai, agarici trochifcati ana scrup.i. diagridij gran.i. s. misce cum syrupo de sticados; fiant pilulæ numero quin= que, er exhibeantur, ut prius. Facta hac prima pur= gatione, laudo, ut aperta fronte, medicus applicet cau= therium patienti paralysim, uel totius lateris dextri, uel sinistri, on non sit medicus perplexus in tali cautherio; quoniam est de melioribus præsidijs, quibus speres, ut paralyticatus curari posit. Et aduerte, cum paraly= sis lateris dextri, uel sinistri sit per obstructionem faetam in nucha, ut uirtus animalis motiua, or quando= que sensitiua impediatur in transitu ad neruos continua= tos parti dextræ, uel sinistræ, tribuentes illis motum, er sensum; ideo si paralyticatum fuerit brachium, fiat cau= therium in prima, uel in secunda spondili colli uersus craneum, cum ea in parte fluat materia à capite ad ner= uos danteis motum brachio, impediens transitu uirtutis animalis ad brachium.quod si simul uel crus, uel pes paralyticatus fuerit, procul dubio laudo, fieri secundum cautherium in spondilibus ipsius spinæ prope caudam; co ex bis duobus actualibus cautherijs medicus se bene reperiet in curatione paralysis tenentis alteram medie= tatem totius corporis. His cautherijs peractis, laudo, ut iterato digeratur, or purgetur materia sequenti Syrupo

syrupus digestiuus talis est.

Recip. Oxymelis simplicis, syrupi de sticados, mellis rosati colati ana unc. s. syrupi de iua Nicolai drach. ij. aquarum iua, betonica, by sopi ana unc. i. misce. Apeparentibus signis digestionis in materia, syrupo quidem continuato per septem dies, laudo, ut purgetur cum sea quentibus pilulis.

Pilulæ digestiuæ tales sunt.

Recip. Pilularum fætidarum, cochiaru Alman. de hiez ra Nicolai ana scrup.i.castorei optimi scrup. s. misce, co cum syrupo uiolato siant pilulæ numero v. co exhi= beantur patiëti in medio noctis, ut simulet à capite, co à membris inferioribus euacuent. Facta hac digestione cum purgatione peccantis materiæ, laudo, ut regatur patiens paralysim: co cum his, quæ interius assumun= tur, co exterius applicantur, ualentibus à sui natura ad ipsius paralysis curationem.

PRIMV'M igitur expertum ad paralysim cuiusuis lateris sit, si patiens bis in septimana capiat sequentem

bolum.

7tt

10,

nti

Recip. Terbentinæ lotæ cum aqua iuæ unc. s. spetie= rum hieræ simplicis Gal.drach.iij.misce, detur patien ti in diluculo.

Ad idem: expertum in præseruatione à paralysi, & in curatione præsentis dispositionis, si patienti quolibet uesperi in ingressu lecti detur infrascriptus bolus.

Recip. Conseruæ iuæ, conseruæ saluiæ, conseruæ acori ana drach. ij. misce, er siat bolus; qui exhibeatur modo dicto, demum uerò patienti per horam ante lucem detur B iii drachma drachma una mithridati optimi: & sic continuando per duodecim dies, uidelicet uesperi dando bolum, & uersus diem dando mithridatum optimum, uidebis experimentum.

&

Ad idem: & est expertum, si dabis patienti quolibet uesperi in ingressu lecti unam de se-quentibus pilulis.

Recip. Iue, herbæ paralysis, betonicæ, florum sticae dos Arabici ana drach.i. exiccentur in umbra, & sub=

tilißime puluerizentur:deinde.

Recip. Turbith boni, & gumost drach. i. s. agarici optimi, electi drach.ij.coloquintidæ drach.s.zinzibe= ris, salis gemmæ ana gran. x. reubarbari optimi, e ele= eti drach.i. s. spicæ gran. vij. spetierum hieræ simplicis Gal.unc. s. scamoneæ præparatæ drach.i. omnia insimul subtilisime pulucrizentur, & cum succo iux fiat pasta pilularum, que nominetur pasta pilularum de iua: dosis est pilula una unius scrupuli, quando patiens uoluerit cubare in uesperi. Et nota, quod si patiens paralysim, no quidem quotidie, sed ad minus bis in septimana, ca= piat hanc ordinatam pilulam, uidebis repentinum iuua= mentum in paralysi. Et attende, quod in quatuor an= ni temporibus, præcedentibus digestionibus cum syrupis Supra scriptis, si exhibeatur patienti drachma una præ= dictarum pilularum loco purgationis materia, admodum præseruabis à casu in paralysim corpus ipsum para tum in eam cadere, merito ha pilula possunt dici glo riosæ in paralysi.

Ad idem: & est expertum, & secretum, si ter in die patienti paralysim exhibeatur media uncia infrascripti electuari, mane uidelicet per treis & in ingressu lecti; pro qualibet scilicet uice da do ei unciam mediam.

Recip. Cerebri leporis recentis, or assati, uel in patella frixi lib. i. succi saluiæ, succi iuæ, succi radicum acori ana drach. iij. cinnamomi electi: garyophylloru, piperis nigri ana drach. s. terbentinæ lotæ cum aqua iuæ unc. iij. sacchari dissoluti in aqua iuæ quantum sufficit; or coneducatur electuarium secundum artem; or scias esse mirabile.

Ad idem: & maximè ualet uel in tempore frigoris, uel in medio tempore, si per triduum dabis patienti quolibet mense infrascriptum potum. primò sic ipsum consicies.

Recip. Aquæ ardentis lib.i.radicu iuæ, radicum acori, radicum hyssopi, ana drach.ij.piperis nigri, garyophyl=lorum, nucis muscatæ ana drach. i. folij drach. s. omnia instmul bene contundantur, or in petia subtili linea liegentur, or insundantur in aqua ardenti per duos dies naturales; deinde coletur aqua, or sic dabis patienti.

Recip. Aquæ ardentis prædictæ unc. s. aquæ iuæ, aquæ endiuiæ ana drach. iij. misce, & detur patienti in diluculo; & non comedat nist per horas sex post as= sumptione dictæ aquæ. Et aduerte, quòd si cum prædicta aqua dilues membrum paralyticatum semel in dic, & etiam eo die, quo patiens epotaret hanc aquam, maz gnum præsidium præstabis patienti.

Ad idem: & est expertu, si quolibet mane fri cueris membrum paralyticum; & mox post fricationem factam cum panno calido, leuiter tamen, inunges membrum cum sequenti un-

Particulant

B iiij guento.

grento ante chum, uelperi uero promang

Recip. Olei destillationis terbetinæ unc. ij. unguenti de bdellio descriptione Mesue unc. iij. misce, et calidum inun gatur membro; deinde ei applicato pellem uulpinam, totum membrum tegentem. Et aduerte, quod pellis uule pina membro paralyticato magnum affert iuuametum, si primitus eam suffumigaueris cum sequenti puluere.

Recip. Mirrhæ, masticis anadrach. ij. olibani drach. i.s. garyophylorum, cinnamomi, nucis muscatæ, ligni aloës, macis, ana drach. i. omnia simul subtiliter puluerizentur; deinde pulueres cum aqua ardenti irrorentur: demùm ipsis exiccatis, iterato cum prædicta aqua irrorentur. Gic irrorando, & exiccando quinquies procedes: de=mùm iteratò subtiliter puluerizentur; ex quo puluere poteris suffumigare pellem uulpinam, ponendo drachemas duas prædicti pulueris super accensis carbonibus, ubi sumus per totam pellem suscipiatur; & membro applicetur. Con efficacius erit, si puluis aspergatur ipsi pelli uulpinæ, co calida membro applicetur; con semperæger sic ligatam pellem ipsi membro exportet; con ui=debis mirabile opus, nedum in paralysi, uerùm con efficae cissimum in tremore.

Ad idem: & est expertum: & certè optime ualet, si patienti paralysim in aliquo membro præcedentibus purgationibus, ungatur totum

membrum sequenti oleo.

Recip. Olei de euphorbio, de castoreo: ana unc.ij. olei de piperibus, masticini, costini ana unc.ij. olei camo=millæ unc.iij. aquæ ardentis libră.s.bulliant insimul len=to igne usque ad consumptionem aquæ: demum cum prædicto oleo calido mane, o uesperi membrum para=lyticatum

lyticatum inunges; moxý; uulpinam pellem praparae

tam, ut supra, eidem applicabis.

Adidem: & est optimum, & expertum, si membrum paralyticatum semel in die ponatur in sequenti oleo; in quo moram trahat ad minus per horam, uel per duas tertias horæ.

Recip. Olei communis quantum expedit pro quan= titate membri paralyticati, radicum iua, radicum acori, radicum hysfopi ana unc.ij. thuris, masticis, ana unc.s. castorei, euphorbij drach. i. serapini, ammoniaci ana drach. iij.gariophyllorum,nucis muscatæ,ligni aloës ana drach.ij.s.misce omnibus contundendis grosso modo con= tusis, omniaq; insimul in oleo bulliant igne lento usque ad consumptionem quartæ partis olei, deinde coleturo in dicto oleo calido membrum paralyticatum impo= natur, primitus tamen membrum ipsum leui fricatione fricato: postquam uerò membrum exierit balneum, sta= tim inunge ipsum cum unquento de bdellio Mesue calido, & ipsum eadem pelle uulpina calida circundato. Et aduerte, quod licet utraque pellis uulpina, scilicet præ= parata, or non præparata ab artifice pellione ueneat, ualeaté;, efficacior tamen est, si non sit à pellione præ= parata,sed solum exiccata. Et hæc de paralysi.

DE PHRENESI, Cap.v.



V'M PHRENESIS sit cerebri calidum iam confectum apostema, cuius curationem uanam, & cassam dicunt medici, ob uitium

in membro principali iam confirmatum esse; ideò nostr i intentio curatiua erit prohibere, ne phrenesis siat, cum ipsa effecta, in uanum laborant medici.

APPARENTIBV s signis futura phrenesis, qua sunt signa prasentis paraphrenesis, ut dolor capitis asti duus, rubedo totius faciei, caliditas nimia, rubedo ocua lorum cum insigni apparentia uenarum in ipsis, sixio intuitus, sitis, ariditas lingua, inquietudo, actiones non so lita, o mentis aliqualis alienatio; siue hac adsint uigore febris existentis acuta, siue ab alia causa; his quidem indicabis prasentem paraphrenesim, o timorem sutuara phrenesis. Quamobrem si adfueris à principio aparitionis huiusmodi signorum, laudo, ut utaris omni ingenio diuersionis, aut retractionis uel uaporum mae lorum ascendentium ad cerebrum, uel materiarum rapatum tendentium ad ipsum caput à desuper in deorsum;

top

þa

pat

in

or sic laudo, fieri primitus clystere sequens.

Recip. Florum camomillæ, florum sticados arabici, rosarum rubearum, ana. M.i.s. foliorum maluæ, uio= larum mercurialis ana. M. i. furfuris großi ligati in petia M.ij. bulliant in sufficienti quantitate aqua usq; ad consumptionem medietatis aquæ: deinde coletur, & de dicta colatura accipe uncias decem, olei uiolati unc.iij.Et aduerte, quod in phrenesi multum ualet oleum uiolatum; quoniam in ca admodum uiget instantia ui= giliarum: uiola autem somnifera est: quare prohibenda est in subetica dispositione.accipe etiam cassiæ nouiter tractæ, hieræ simplicis Galeni ana. unc.s. uitelli oui nu= mero.i. sacchari rubei unc.i. s. salis communis drach.ij. misce, et inijciatur clystere.demum facto anemate, cost= derabis an adsit totius corporis plenitudo : si adest, tunc mites sanguinem ex uena communi, seu nigra cubiti dextri pondere quinque unciarum. Facta hac phlebo= tomia,

tomia, eadem die consulo per unam horam post, patiene tem debere sumere infrascriptum bolum.

Recip. Sacchari rosati, conserue acetositatis citri, dia buglossati ana drach. ij. misce, co patieti dato. Sequenti uerò die, stomacho iciuno, perseuerate morbo, siat phlebo tomia cephalice cubiti dextri, mittendo sanguinem pon dere quatuor unciarum. Facta hac phlebotomia, per duas horas post utetur clysteri supra scripto, aduentane te uesperi, per horam ante cibum laudo fricationes sieri sursum à spatulis incipiendo, co deorsum trahendo per nates, per coxas, co per pulpas crurium. Sequente uerò die, que est dies tertia à prima phlebotomia, laue do, in diluculo pro euacuatione cholere ad sursum moe te patient i dari infrascriptus bolus.

Recip. Floris casia nouiter tracta drach.vi. Reue barbari electi drach.i. spicæ gran.vij. electuarij rosati Mesue, electuarij de succo rosarum ana scrup iiij.misce, er detur patienti modo dicto. Facta hac euacuatione, iubeo patientem quiescere per totum sequentem diem, scilicet ab exhibitione medicinarum, excepto, quod ea die sequenti inijciatur illiclystere lotiuum ex aqua bor= dei, saccharo, or uitello oui. Quarta uerò die, adhuc perseuerante morbo, laudo, fieri phlebotomia cum apera tione uenarum hemorrhoidalium cum extractione san= guinis pondere trium unciarum. attenta tamen uirtute patientis. Si uerò his diuersionibus, & phlebotomijs adhuc perseueret morbus, laudo, ut quinta die medicus inijciet digestione in materia cum infrascripto syrupo, in quo non modò est uirtus humorum æquatiua, uerum etiam acuminis choleræ remißiua.

Recip. Sirupi rosati, de succo acetosa, acetositatis

eitri, de succo endiuiæ ana unc. s. aquarum acetosæ, buæ
glossæ, cichoreæ ana unc. i. misce eodemý; die laudo, ina
tentione diuersionis, & etiam euacuationis, sieri fri=
cationes in natibus, & spatulis cum appositione cucura
bitularum scarificatarum; primò in natibus, secundò
uerò in spatulis. Et aduerte, cum tu uolueris cum euae
cuatione diuertere ex appositione cucurbitularum, de=
bes incipere à deorsum scarificando in sursum; cum ue=
rò uolueris ipsis cucurbitulis diuertere sine euacuatione
(quod sit non scarificando) incipere debes à sursum trae
bendo. Laudo quoque, eadem die, & sequentibus me=
dicum uti fortibus ligaturis in adiutorijs brachiorum, et
in coxis quoque uti lotionibus cum aqua calida.

Recip. Decoctionis rosarum, florum camomillæ, meliloti, uiolarum, nenupharis, anethi ana parteis æqualeis à genu infra, & à cubito in manus; his enim lotionibus non solum diuertetur materia, & eius uapor à capite, sed etiam somnus prouocabitur ; qui admodum necessa= rius est in phrenitide. Si uerò his præsidijs factis,pa= tiens non alleuietur; debes post has diversiones aggre= di membrum læsum, uidelicet caput; ne materia figere= tur in cerebro, & apostema generaretur: quod timen= dum est, cum præcedentia auxilia non contulerint. Lau do igitur, ut applicentur sanguisugæ uenis post au= reis, er mittatur sanguis pondere duarum, uel trium unciarum.moneo tamen, cum semper eleuetur materia sursum, ne obliuiscaris, à principio morbi applicare oxyrhodinum fronti usque ad duo tempora confectum ex aqua rosata, aceto, er oleo rosato. Nunc uerò quia sumus fere in statu morbi uel ad minus in augumen to, applicabis frontisequens oxirhodinum, cuius uirtus non solum est repulsiua materiæ eleuatæ ad caput, uel illius uaporis, sed etiam iam fluxæ resolutiua.

Recip. Olei rosati unc.iij.aquæ rosatæ unc.ij. aceti optis mi uini albi unc.i. castorei in his dissoluti drach.i.Et ad uerte, quod in boc oxyrbodino adaucta sunt resolutiuas minora uerò facta sunt repulsiua; quia longe distamus à principio morbi, cuius contrarium observare debes in eodem morbi principio; augere scilicet repulsiua, o mi nuere resolutiva.ita videlicet.

Recip. aquæ rosatæ unc.iij.aceti optimi unc.ij.s. oleš rosati unc.i.s.misce. Si uerò his peractis, adhuc morbus perseuerat, timere debes phreniticum apostema esse in procinctu suæ generationis: quapropter tunc temporis audax eris ad phlebotomandum uenam rectam frontis, et mittere sanguine pondere trium unciarum. hæc enim phlebotomia omnis malas capitis extirpat ægritudines; et tunc téporis ex ea apparebit notabile iuuamentu ip= st ægrotanti. Si uerò cognoueris digestionem apparere per sufficientia signa ex assumptis syrupis quinque, uel sex, laudo ,ut patienti per diem unam post phleboto= miam frontis, detur infrascriptum purgatorium.

Recip. Diasenæ lenitiui, diacatholiconis ana drach. iij. Recharbari electi drach.i.s.fpicæ gran. yij.electuarij de succo rosarum, electuarij de dactylis ana scrup.iij. misce infundatur Reubarbarum cum spica in acqua en= diuiæ cum modico uino odorifero quantum sufficit per decem boras; deinde fortis fiat expressio; o omnia insimul cum decoctione communi storum, or fru = Etuum cum qua bulliant rosarum rubearum, flo = rum sticados Arabici ana drach. ij. agarici optimi ligati in petia drach. i. misceantur, er siat potus. Hac re formument

medicina

10

ti

60

0

tis

pa

me

de

medicina capta, & purgato debite corpore, sperana du est causam antecedentem, & coniunctam phrenia tidis, quo ad sui maiorem partem, bene suisse pura gatam. quapropter, apparente adhuc morbi perseue rantia cum aliquali mentis alienatione, laudo, media cum pluribus ingenis supra caput uti, ut resoluatur rea siduam materia remanentis.

PRIMIT V s igitur abradatur capilli uersus fronte Tsupra totam coronale commissuram, uel totum caput tondatur: demum utaris fomentatione sequenti supra comissuram coronalem mane scilicet, or uesperi.

Recip. Florum camomillæ, florum uiolarum, florum nenupharis, rosarum rubearum, florum sticados Arabizei, anethi ana. M. i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem tertiæ partis; deinde cum spongia elota in prædicta decoctione tepida, er benë expressa, capiti pluries applicetur.

SECVNDVM ingenium est, ut accipiantur pulliz columborum uiui, per dorsum euiscerati, co cum sua actuali caliditate comissura coronali applicentur, co

moram trahant usque quo incipiant frigefieri.

TERTIVM ingenium est sut catuli unius mensis euiscerati uiui cum sua actuali caliditate eidem comissu=

ræ coronali applicentur.

OVARTVM ingenium est, ut pulmones agni, uel castrati cum sua actuali caliditate eidem comissura ap= plicentur: his enim ingeniis, quod remansit de materia potente generare apostema phreniticum, procul dubio resoluetur. Et aduerte, quòd cum una de causis potise simis maxime obnocuis phrenitidi sit instantia uigiliaz rum, debes tu omni cura, & omni solicitudine prouocaz re somnum

re somnum in tali patiente: ob quam rem utere sequena tibus ingenis in prouocatione somni.

PRIMVM ingenium est, ut uesperi, quando uult cua bare, siant sequentes lotiones à genu infra, & à cubito ad manus calide; diluendo quoque ipsius patientis nares, & tempora,

Recip. Florum camomillæ, florum uiolarum, florum anethi, florum nenupharis ana. M.i.s. Corticum radicum mandragoræ M.s. seminum iusquiami albi unc.s. misce, w bulliant in sufficienti quantitate aquæ ad consum pt ionem tertiæ partis, w usui seruetur.

MOX ungantur tempora, or pulsus manuum, or pedic cum sequenti unguento.

Recip.olei nenupharis, ungucti populeonis ana.unc.s. croci, op ij ana gran.iij.misce pro linimento.

Lido in ingressu lecti diluantur aures, er nares,

Recip. uini albi dulcis lib s. seminum iusquiami al= bi drach.ij. bulliant usque ad consumptionem medieta= tis; & coletur uinum, & usui reservetur.

patiens non dormiret, qualibet hora noctis capiat infra fcriptum potum; & proculdubio dormiet.

Recip. Syrupi de papauere, aquæ lactucæ ana unc.ij.
misce pro una uice. si uero bis omnibus salutaribus re=
medijs æger noluerit dormire, neque uoluerit curari, co
mendabis eum D a o, er presbyteris. Et hæc dicta sint
de phrenitide.

tio by a contone freeze

# DE MELANCHOLIA, Cap.VI.

DVERTANT Medici practicantes, non trabere liberum commercium cum melancholicis; quoniam plerunque magnum et contingere malum; sicuti euenit cuidam me-

ipsis posset contingere malum; sicuti euenit cuidam me= dico bononiensi Ludouico de leonibus nuncupato:melan= cholicus etenim quidam ostendens se uelle blandiri suæ excellentiæ, applicauit fortisimas manus gutturi: or nist ego præsentialiter adfuissem, eum suffocasset : & ideò cum securitate omni conetur medicus melancholi= cum uisitare; imò hortor, si expediet, ut faciat ipsum quandoque ligare, demum uerò consideret medicus, à quo humore melancholia ipsa originem trahat. an ab humo= re sanguineo: cuius signa apparebunt talia: rubedo faciei, er oculorum; caliditas apparens in partibus auicinatis ipsi capiti; großicies, seu amplitudo, & plenitudo uenarum; or plurimus risus; or hic plurimus risus est unum de potissimis signis attestantibus super melancholiam factam ex sanguinis adustione. Si uerò nullum horum signorum apparuerit, uel remise appa= ruerit una cum furore, ferocitate, er maniaca confiden= tia, tunc statues melancholiam esse per adustionem ip= sius cholera. Si uerò his non apparentibus, sed potius dominium frigiditatis in toto corpore percipietur, una cum apparente timore, or tristitia, or ploratuipsius patientis, statim dijudicabitur melancholiam esse ab adustione naturalis melancholiæ.ob quam rem, si melan= cholia fuerit à sanguine adusto, curabis ægrum ab ini= tio his sequentibus ingenijs.

PRIMO

are

ho

如何

tio

te,

tis

thi

te di

me di.

如如

明

tun

lori

PRIMO phlebotomabis ipsum ex uena nigra; cum credendum sit, in eo abundantiam sanguinis esse; co hoc præcedente uentris lenitione, quæ siat cum sequenti clystere.

Recip. Epithymi, thymi, florum sticados Arabici, uiolariæ, mercurialis, foliorum maluæ ana. M.i. fur= furis großi ligati in petia. M.i. s. bulliant in sufficienti quantitate aque ad consumptionem medietatis: posteà accipe de dicta colatura unc. x. casiæ nouiter tractæ unc.i.s. olei uiolati unc.iij.de saccharo, sale, ouo,quan= tum expedit; accipiat & inijciatur clystere. Et aduere te, ut obserues præceptum principis, & aliorum do= ctorum antiquorum, ut in exitu sanguinis, si sanguis apparebit clarus, limpidus, & subtilis, sectam uenam obseres; quoniam tunc phlebotomia bonum rapiet, co malum derelinquet. Si uerò buiusmodi sanguis crassus, turbulentus, ac niger apparuerit, tunc phlebotomiam complebis pondere quinque, uel sex unciarum sangui= nis; habità quippe consideratione ad ætatem, or ad uir= tutem. Facta hac phlebotomia, consulo, ut conuertas te ad digestionem materiæ peccantis: & sic dabis digea Stiuum, in quo dicatur esse uirtus calefaciendi, o hu= mectandi; magis autem humectandi, quam calefacien= di, ex eò quia humor peccans in melancholia, adustione ipsa factus est frigidus, or siccus, tam or si ex humori= bus calidis plerunque fiat; or propter hoc, quod tenet uestigium caloris primæ mineræ, licet frigidus sit, ple= runque reddit animal ridiculosum, ferox, o maniacum: licet humor ipse frigidus sit. Cum igitur humidum cae loris acuitatem, uel ipsius caloris uestigium obtundat, ideò applicanda præsidia ipsi melancholico plus humi= da sint,

D=

145

014

6

Mic

HO

Pa

pa ph 80 94 bo

CIL

H

me

Ni

Pa

go in

fan bot pit ing

da sint, quam calida, dabis igitur illi syrupum bunc.

Recip. Syrupi de pomis simplicis unc.i. syrupi uiolati unc.s.aquarum buglossæ,uiolarum,borraaginis ana unc. Recordare, quòd in omni administratione se i.misce. ruporum in ipsa melancholia non est malum apponere fyrupum uiolatum; cum, ut plurimum, melancholici patiantur instantiam uigiliarum; & tua intentio debet esse in prouocatione somni : er hoc maxime completur cum syrupo uiolato. Transactis uero duobus diebus à prima phlebotomia, phlebotomabis cephalicam cubiti dextri, extrahendo sanguinem pondere trium, uel qua= tuor unciarum; sed semper digestiuum continuabis per sex dies continuos, & septimo die apparentibus signis concoctionis, dabis patienti infrascriptum purgatorium.

Recip. Diasenæ lenitiui drach. vi. spetierum Hieræ simplicis Galeni drach.ij.confectionis Hamec drach. ij.s. dissoluantur cum decoctione communi florum, es frue Etuum quantum sufficit: & cum qua bulliant folliculo= rum senæ, epithymi, polypodij quercini ana drach.ij. o fiat potus; qui exhibeatur patienti duabus horis ana te lucem. Sequenti uerò die capiat patiens in diluculo

sequentem bolum.

Recip. Diabuglossati, sacchari uiolati ana drach.ij. misce. Vesperi uerò eodem die ante cœnam fiant lotiones ad extremitates ipsius patientis cum infrascripta deco= ctione calida satis adaucto gradu caloris, continue deore

fum , o fortiter trabendo.

Recip. Rosarum rubearum, florum uiolarum, florum sticados Arabici, maioranæ, florum camomillæ, Anethi ana. M. i.s.bulliant in aqua fluminis currentis usque ad consumptionem tertiæ partis. & usui reservetur: & fic contie

sic continuabis cum his diversiuis lotionibus per treis dies sequentes. Si uerò eisdem diebus patiens somno pri= uaretur, uesperi post assumptam coenam solicitabis ipsi patienti lotiones somniferas, quas diximus in capite de phrenysi; non relinquendo, si expedirent, alia in= genia, quæ ibi retulimus ad somnum inducendum. His quatuor, uel quinque expletis diebus, perseuerante morbo, phlebotomabis uenas hæmorrhoidales, iuxta præ= ceptum Hippocratis, NEPHRITICIS ET ME= LANCHOLICIS HAEMORRHOIDES INNA TAE, BONVM. Et ipsis incisis cum phlebotomo, uel cum sanguisugis, extrahes de sanguine pondere trium unciarum. Facta hac hæmorrhoidarum apertione,lau= do, ut iterato materia purgetur; quia omni septimana conueniens est ad minus semel purgare corpus melan= cholici. A quacunque melancholia prouenerit morbus, exhibeatur ei sequens medicina.

Recip. Hieræ simplicis Galeni unc.i. confectionis ha=
mec drach.i.s. misce, of dissoluantur cum aqua decoctio
nis epithymi, folliculorum senæ, of polipodis quercini.
Facta hac purgatione, si morbus perseueret, of cum si=
gnis dominis sanguinis, quorum potissimum est risus,
indubitato uenam rectam frontis secabis, extrahes qs
sanguinem pondere trium unciarum, of sic facta phle=
botomia hæc, si melancholia adhuc perseueret, ipsi ca=
piti applicabis somenta, pullos columborum, catulos, iss
ingeniis, quibus usi fuimus in capite de phrenesi: of sic
curabis, D e o inuante, melancholiam à sanguine. Si ue=
rò fuerit melancholia cum maniaca cosidentia, et feroci
furore, eam curabis his sequentibus ingenis.

bi

PRIMO (præcedente clysteri lentino ad remisio=

C ij nem

nem feruoris, & ebullitionis cholera) facies phleboto= miam ex nigra, uel uena bepatica: quippe non tantum de sanguine extrahes, quantum si melancholia esset à sanguine; sed solum tantum, quantum expediet pro re= misione ebullitionis cholera, or sanguinis, quiescat au= tem æger sequeti die, in qua medicus solicitus sit tenere ipsum ligatum, ne sibi, & ipsi ægrotanti aliquid mali Tertia uerò die post phlebotomiam, pur= getur patiens sequenti purgatorio.

Recip. Diacatholiconis drach. vi. electuarij rosati Mesue drach.ij.reubarbari optimi electi drach.ij.s.spicæ gran.xij. incidatur reubarbarum cum spica, & deinde subtiliter puluerizetur, et cu modico uini albi odoriferi

irroretur, et dissoluantur omnia cu sequenti decoctione. Recip. Quatuor florum cordialium ana.M. s. corti= cum myrobalanorum citrinoru unc.s.epithymi, thymi, folliculoru senæ, polypodij quercini ana drach. ij.bulli= ant in sufficienti quantitate aque usque ad consumptionem medietatis; deinde colentur, & colatura usui reservetur. Facta bac evacuatione, si morbus perseuerabit, tunc eis præcise ingenijs poteris uti, quibus usus es in curatione melancholiæ sanguineæ, conuenient quip pe er phlebotomie facte ratione infrigidationis, qua remittitur cholerica ebullitio. Si uerò melancholia fucrit ex adustione melancholiæ naturalis, eam curabis sequentibus ingenijs.

PRIMO de hoc melancholico non timebis cum ipse de unaquaque modica re timorem sibi acquirat. Si uerò cognoueris hominem ipsum esse plenum sanguine, ipsum phlebotomabis, on non aliter: quoniam curatio melan= choliæ à melancholia est multi, or boni sanguinis gene-

ratio:

14

lin

feri

西田中村

io

fr

ratio: sed si expediet ipsum phlebotomare, phleboto=
mabis ipsum ex uena basilica lateris sinistri; cùm in ta
li morbo multum consentiat splen, e eandem cautelam
seruabis in sanguinis missione, quam iam diximus; ui=
delicet: s 1 s a n g v 1 s exierit clarus, subtilis, siste
sanguinis missionem: si uerò turbidus, e crassus, se=
quere cum extractione sanguinis quatuor unciarum ad
plus; ne magis corpus infrigidetur e exiccetur, e hoc
intelligatur semper præcedente clysteri leniente: demum
uerò materiam digerere debes, continuando infrascri=
ptum syrupum per septem dies.

Recip. Syrupi de pomis compositi, de sumoterræ ma ioris, uiolati, de epithymo ana unc.s. aquarum melisse, buglossæ, borraginis ana.unc.i. misce, Et aduerte, quòd captis quatuor de his syrupis, non errabis, si patienti cum sanguisugis aperias hæmorrhoides cum extractio=ne illius sanguinis melancholici, so fæcalis pondere qua=tuor unciarum. Septimo uerò die, apparentibus signis concoctionis, pro sequenti die dabis ei medicinam ine frascriptam.

Recip. Quatuor florum cordialium ana M.s. myro=balanorum Indorum, chebuloru ana drach.ij.epithymi, thymi, folliculorum senæ, polypodij quercini ana.drach. i. bulliant in sufficienti quantitate lactis caprini usque ad consumptione medietatis, deinde colentur, & in co=latura dissolue diasenæ lenitiui drach. vi. confectionis Hamec drach.ij.epithymi subtiliter puluerizati, pulueris hieræ simplicis Galeni ana drach.i.s. fiat potus. Sequentibus uerò diebus laudò ut omni septimana patiens capiat unciam mediam infrascriptæ medicinæ in diluculo, dissolutæ cum aqua lactis caprini: quæ medicina

C uj

nominatur

201

leti

0

10.

tu

di

foi

&

神

nominatur Triphera de epithymo.

Recip. Tripheræ magnæ unc.i. spetierum Hieræ sim=
plicis Galeni unc. i. s. epithymi unc. s. puluerizentur
puluerizanda, & cum modico sacchari siat mistura. ul=
tra enim quòd hæc medicina euacuabit humorem pec=
cantem, prouocabit somnum; de quo medicus in melan=
cholia debet esse maxime solicitus.

Ad idem, recordetur medicus confortare fontem, or radicem uitæ cum epithemate cordiali infrascripto ma=

ne, o uesperi ante cibum.

Recip. Aquæ melissæ, buglossæ, borraginis, rosatæ ana lib.s. quatuor florum cordialium ana drach.i. ligni aloes, been albi, or rubei, ossis de corde cerui ana scrup. ij. croci scrup. i.aceti optimi unc.iij. uini albi odoriferi unc.iiij. puluerizentur puluerizanda, or misce pro epiethemate cordis.

Ad idem, debet medicus solicitare, ipsi patienti dare bolum infrascriptæ misturæ per tres horas ante cibum

mane, or uesperi.

Recip. Diamusci dulcis, diamusci amari ana. drach. ij. diabuglossati, diaborraginati, sacchari uiolati ana unc. i. m isce cum syrupo de pomis: & siat electuarium.

Ad idem: & est expertum, si patienti melans choliam à melancholia ipsa, quolibet mane in diluculo dabis tria oua sorbilia plurimum consterunt: totos diebus continuabis hæc oua, quoad ipse assumet in potu centum & unum ouum, cum sequenti puluere parumper super asperso ipsi ouo.

Recip. Epithymi, thymi ana drach.ij. sacchari albis= simi unc.i. croci gran.iij. cinnamomi electi drach.i. pul= uerizentur uerizentur omnia subtilisime, of fiat puluis.

AD IDEM. Valet & ad expellendă melancholiam letitia, & gaudium: stare în cantilenis, în ludis, et sonis: & habitare cum personis sibi domesticis, & familiaria bus, & præcipue cum puellis iucundis. Et hæc de mea lancholia.

### AD DOLOREM, ET TINNITUM, ET SVRDITATEM AVRIVM, Cap. VII.

RIMO euacuetur materia cum infrascria ptis pilulis, alijs uniuersalibus præcedetibus Recip. Pilularu sine quibus, aurearu Nicolai,

agarici trochiscati ana scrup.i. misce.cum syrupo de sti cados: fiant pilulæ quinque. Post, auribus intus, es extra apponas sequens emplastrum maximi doloris see datiuum.

Recip. Sepæ sub feruentibus cineribus coctæ nume ro. i. butyri recentis unc. ij. olei camomillæ, olei rosati ana unc.i.croci drach. i.misce, & in mortario conduca=tur emplastrum, & ipsum calidum auribus apponatur diu,noctuq;:omnem enim auris dolorem tollit,apostema soluit. Is ad suppurationem conducendum est aposte=ma, hoc ipso emplastro conducetur.

Aliud, expertum in forti dolore, & tinnitu, & surditate aurium.

Recip. Olei de castoreo unc.ij.olei rosati,amygdala= rū amararū ana unc.i.aquæ ardětis unc.ij.misce, et bul= liant usque ad consumptionem aquæ ardentis; deinde in ingressu lecti quolibet uesperi infundantur prædicti olei calidi guttæ quatuor in foraminibus aurium, es c iiij obstruantur cepa

obstruantur foramina cum bombice odoris musci.

Aliud, surditati mirabiliter conferens, & do-

tur

ran die

M

di.

THE PRO

&

tu

po for

50

ris

lori, & fibilo aurium.

Recip. Cyclaminis, id est panis porcini, lib.s. scilicet de radice; of optime à cortice mundetur; deinde fortize ter, et minutissime trituretur: cui adde olei camomillini, olei rosati, amygdalarum amararum ana unc. ij. appozinantur igni, of bulliant usque ad consumptionem mezidetatis olei deinde cum forti expressione coletur oleü, de quo oleo in ingressu lecti imponantur foraminibus aurium gutta quatuor calida. Post uerò pane porcinu sic trituratum accipe, of more emplastri toti auri impo ne, of liga: mane uero aurem mundato ab huiusmodi cyclamine, of cum modico uini albi odoriferi calidi aures abluito: et sic per decem dies uel pluscontinuato: of uidebitur optimum experimentum.

Aliud ad idem: & est bene expertum.

Recip. Aquæ uitæ unc. iiij.radicum cyclaminis unc.s.
nucleorum persicorum, amygdalarum amararum ana nu
mero iiij. infundantur hæc omnia triturata in prædicta
aqua uitæ per tres dies naturales continuos, deinde siat
fortissima expressio eorum; & de prædicta aqua uitæ
guttam unam tantum uesperi in ingressu lecti in fora=
minibus aurium stilla; & cum bombice claudatur: &
sic continuando alternis diebus in surditate, & tinnitu,
uidebis pulcherrimum experimentum.

Aliudadidem.

Recip. Radicum altheæ mundatarum, & subtilisime incisarum unc.iij.radicum cyclaminis similiter trituratarum unc.ij.foenugræci, seminu lini ana unc.s. bulliat in sufficienti fufficienti quantitate aquæ; deinde colentur, co colaturæ adde, butyri recentis unc. s. olei amygdalarum amararū, olei rofati ana unc. i. misce; et siat emplastrū; quod die, co nocte calidum auribus ipsis apponatur.

Aliud ad idem.

Recip. Furfuris großi milij ana M.s. salis communis M.s. slorum camomille, seminum lini, seminum cimini ana M.i misce, & in tegula bene calesiant; deinde irrozrentur cum modico uini albi odoriferi; & mane & uez speri somententur aures.

Aliud domesticum, & mulieribus familiare,

& optime expertum.

Recip. Olei nucum lib.i. bulliat in aliquo uase ;er eo tunc, quo fumum emittit propter ebullitionem, tunc per embotu dictus fumus in foraminibus aurium recipiatur.

AD DOLOREM OCVLORVM, ET OPHTALMIAM, Cap. VIII.



I OCVLORVM dolor fuerit cum præsentia sanguinis ad ipsos collecti, exper= tum remedium.

PRIMO est phlebotomia cephalicæ: post uerò apa positio sanguisugarum post aures, uel appositio uento a sarum cu scarificatione in parte colli, qua iungitur craa neo: Thoc præcedente uentris lenitione.

Alud, ubi fuerit dolor in oculo uel cum sans guinis præsentia, uel sine, In sedatione dolo-

ris remedium tale eft.

Recip. Aquæ albuminum oui unc. ij. lactis mulicris unc.iij.fucci plantaginis, fucci camomillæ ana unc.i.ma= defiant defiant petiæ lineæ, & oculo imponantur quousque cas lesiant; & iterato apponantur. Si uerò uehementißi= mus esset dolor, his grana duo opij iungito, or dolor Sedabitur.

Aliud ad idem.

Recip. Medullæ panis optime tritæ unc.i. medullæ pomorum dulcium bene tritorum unc. ij. lactis mulieris unc.i olei rosati unc.s. misce omnia insimul: o fiat em= plastrum; quod oculo apponatur. Si uerò uehemens do= lor fuerit, ei adde croci, opij ana gran.iij. o est bene ex= pertum in sedatione doloris.

Aliud, quod ualet in dolore, fiue defluxu

sanguinis ad oculum.

Recip. Mucillaginis sem. altheæ, mucillaginis sem. fœnugræci ana unc.ij. lactis mulieris unc.i. meliloti suba tiliter puluerizati unc.ij.olei rosati unc.i. farinæ bordei unc.i.misce, et siat emplastrum: cui adde (si expedit)opij, croci ana gran.iij.

Aliud, mirabiliter conferens in dolore oculi

in qualiber causa.

Recip. Sief albi drach.s. dissoluatur in lacte mulieris, oculo imponatur.

Aliud ad idem.

Recip. Vnguenti dicti Alabastrini superius descripti unc.i. lactis mulieris unc.ij. misce, o infundatur petiæ lineæ in dicto liquore, & oculo apponantur.

Aliud remedium, ubi cum dolore simul esset

fluxus sanguinis ad oculum.

Recip. Boli armeni , sanguinis draconis, pilorum le= poris combustorum ana.drach.ij. puluerizentur subtili= ter, cum albuminibus ouorum dissoluantur : demum cum

714

**pu** 

CIL

00 tie

阳

pa

lis

tia

tie

por

cum patiens ibit dormitum, fiat linimentum in fronte:

super supercilia oculi patientis; & supra oculum appo=

natur, & ligetur medulla panis albi madefacta in aqua

rosacea; sic moretur per totam noctem; & est opti=

mum experimentum. Si uerò ob nimium dolorem

patiens deueniret ad diminutam uisionem, utatur semel

in septimana sequentibus pilulis in ingressu lecti.

Recip. Pilularum lucis, sine quibus ana drach.s.misce cum syrupo de sticados, es siant pilulæ quinque; es continue post assumptione harum pilularum abluat pa=tiens oculos cu infrascripta lotione; quæ ualet in conser uando uisum, in sedando dolorem, et cosortando oculum.

Recip. Aquæ berbenæ, aquæ rosatæ, aquæ sæniæ culi ana unc. iiij. uini albi potentis unc. iij. tutiæ præ=paratæ, sacchari candi ana drach. iij. aloës hepatici drach. ij. omnia insimul, puluerizatis puluerizandis, misceantur: et sic per diem naturalem in insussione peræmaneant, demum colentur, co colatura oculi abluantur.

Aliud conferes & oculoru dolori, & macu= lis existentibus in eis.

Recip. Succi fæniculi, succi berbenæ ana unc. s. unguen ti alabastrini dicti drach. ij. misce; er cum pluma, cum pa tiens uadit dormitum, modicum de prædicto unguento ponatur in angulis oculorum.

> DE FLVXV SANGWINIS NARIVM, Cap. IX.



XPERTVM EST ad fluxum sangui= nis narium apertio hamorrhoidarum per sanguisugas, consentiente atate, es uirtutis robore.

Mill Mill

開台

pon

15 1

DE

Syri

dQN.

per

Man

mir

letti

petie le de

R

Wit.

MICH

40

robore. Si uerò patiens fluxum sanguinis narium fuerit puer à septem ad quatuordecim annos experatum est, quod appositio sanguisugarum post aures curat.

Aliud ad idem.

Recip. Boli Armeni, terræ sigillatæ, sanguinis draz conis ana drach.ij.acatiæ drach.i puluerizentur subtiliz ter, o dissoluantur cum succo plantaginis, o albumiz ne oui quantum sufficit, o siat linimentum fronti, o gutturi.

Aliudadidem optime expertum.

Recip. Succi plantaginis, aquæ rosatæ, aceti optimi ana unc. iiij. albuminis oui optime conquassati unc. ij. acatiæ cum prædictis dissolutæ unc. s. misce, & linia=tur frons, & guttur cum petia madefacta in prædictis.

Aliud ad idem bene expertum.

Recip. Succi arthenitæ, succi plantaginis ana unc.ij.
thuris, aloës hepatici, mirrhæ ana drach.i.s. puluerizen=
tur puluerizanda, omisce. Infundantur posted lichinia
facta ex bombice, omisce imponantur naribus, ex quibus fluit
sanguis.

Aliud expertum, & mirabile in hoc.

Recip. Aquæ panis porcini quantum sufficit, o ip = sam patiens per nares trahat: o repentinum uidebis iuuamentum.

Ad idem mirabile.

Recip. Sanguinis humani.illius scilicet, à quo fluit san guis per nares unc.i. uel ij.qui sanguis super laminam ser ream igni appositam uratur: deinde subtilissime pulueri= zetur; dictum puluerem naribus insustabis: o opti= mum mum uideb is experimentum.

Aliud ad idem.

Recip. Aceti optimi, aquæ plantaginis ana lib. ij. madefiant petiæ lineæ in huiusmodi liquore; deinde ap=ponantur plantis pedum, uolis manuum, regioni hepatis, statim tolletur fluxus sanguinis narium.

#### DE DOLORIBUS DENTIUM, Cap. x.



D:

600

for

off=

RIMO' expertum est, quòd si fiat euacuatio cum sequentibus pilulis in ingressu lecti captis, plurimium conferunt.

Recip. Pilularum de hiera Nicolai, pilularum aurearum eiusdem, de agarico Mesuæ ana scrup. i. misce cum syrupo uiolato: fiant pilulæ quinque.

Aliud ad idem: & est expertum.

Recip. Hieræ picræ Gal. unc. s.mithridati drach. ij. aquæ uitæ unc. s. misce, & siat linimentum, cum quo persæpe in die liniatur dens dolens, & circa illius gingi uam: hoc enim ualet maxime in causa frigida.

Aliud ad idem: quod utique in causa calida mirabile est.

Recip. Succi semperuiuæ: succi solatri ana unc. iij. lactis uaccini lib.i.olei rosati omphacini unc.ij.misce, copetiæ madefactæ in huiusmodi liquore applicetur maxilæ læ dentis dolentis.

Aliud ad idem in causa calida.

Recip. Medullæ pomorum dulcium optime tritorum unc. ij. furfuris großi unc. iij. olei rosati omphacini unc.i. croci scrup. i. misce, & siat emplastru loco dolenti applicandum.

Aliud

Aliud ad idem in utraque causa.

Recip. Vini albi potentis unc. s. radicum iusquiami albi unc. i. bulliant insimul usque ad consumptioe nem tertiæ partis, uel medietatis uini, er cum die eto uino calido abluatur tota gingiua dentis dolentis: er diu de prædicto uino in ore detineatur iuxta dentem dolentem.

Ad idem: & est expertum.

Recip. Aceti nigri fortisimi unc.iiij. sandaracæ unc.s. bulliant insimul usque ad consumptionem tertiæ partis:et de dicto aceto calido aliqua quantitas detineatur in loco dentis dolentis.

Aliud ad idem.

Recip. Florum saluiæ, roris marini, betonicæ, stica=
dos Arabici, maioranæ ana M. s.nigellæ, pyrethri ana.
drach. ij. bulliant in sufficienti quantitate uini albi
usque ad comsumptionem medietatis, & colentur; &
prædictæ herbæ colatæ contundantur, wueluti empla=
strum maxillæ dentis dolentis applicetur; & dictum uiz
num calidum in ore retineatur.

Aliud ad idem, si dens dolens esset perforatus, impleatur foramen cum sequenti

mixtura.

Recip. Theriacæ unc.s. pyrethri, nigellæ ana drach.s. aquæ uitæ drach.i.misce, & impleatur foramen dentis. Nota tamen, quod omnibus his expertis non iuuantibus, singulo eorum poteris addere duo grana, uel tria opij, ubi dolor multum infestaret cum perseuerantia, applica re modo prædicto.

70

pi

In

CU

na ear

聖

## DE FETORE ORIS, ET



I FVERIT fator oris, on nasi per consensum à cerebro; quod cognoscimus fætore corum, quæ per palatum on nares exet

unt; compertum est ex experientia qualibet septimana

uti semel sequenti medicina.

Recip. Turbith boni, gr gumosi drach.ij.agarici ele=
cti drach.i. triturentur, bulliant insimul in sufficienti
quantitate aquæ betonicæ; deinde colentur, cr cum cola=
tura quantitatis duarum unciarum dissolue, pulueris
hieræ simplicis drach.iij. syrupi uiolati unc.i.cr siat po=
tus. cr exhibeatur patienti in medio noctis: cr in qua=
tuor, uel quinque assumptionibus huius potus curabitur à
fætore oris, cr nasi à capite.

Ad idem, bend expertæ sunt hæ pilulæ tribus enim uicibus suæ assumptionis curabitur

fætor oris, & nafi.

104

RE

Recip. Folij, nucis muscate, ligni aloës, garyophyllo= rum ana drach.i.spetierū hieræ simplicis Galeni drach. s. pastæ pilularum masticinarum conciliatoris unc. i. misce cum melle rosato: siat pasta pilularum; de quibus pilulis patiens capiat drachmam unam de decem diebus in decem diebus.

Ad idem, optima experta est sequens aqua; cum qua quotidie, stomacho iciuno, & mundo naso à superfluitatibus, debet caput purgare, eam sursum trahendo.

Recip. Aquærosatæ lib. i.s. aquæ uiolatæ lib. i. aquæ maioranæ lib.s.nucis muscatæ, ligni aloës, cinnamomi, galange, galangæ, zedoariæ ana drach. ij. puluerizentur puluerizzanda subtiliter, or cum prædictis aquis misceantur, or in alembico ponantur, or destilletur aqua; quæ, post diz stillationem aromatizetur cum octo granis musci fini: et purgato capite cum prædicta aqua, uidebis mirabilia in fætore oris, or nast.

Ad idem, quando erit per consensum à stomacho, primo experta est hæc medicina mul-

tum ualere.

Recip. Hieræ simplicis Galeni unc.i.turbith boni, & gumosi subtiliter puluerizati drach. i. s. misce, & siat bolus cum saccharo. Hanc medicinam capiat patiens in diluculo.

Ad idem facta purgatione, mirabile experi-

mentum est hoc sequens.

Recip. Vini albi potentis, & odoriferi lib. i. nucis muscatæ, garyophyllorum, cinnamomi, macis, ana drach. i. musci optimi scrup. i. puluerizentur puluerizanda subtiliter, & infundantur in prædicto uino per duos dies naturales; deinde coletur uinum à spetiebus; cui uino adde aquæ rosatæ unc. ij. patiens quolibet mane, stomacho iciuno, asiduet tria, uel quatuor cochlearia prædicti uini.

Adidem.

EXPERIMENT VM optimum est quolibet ma= ne stomacho ieiuno fere immedate ante prandium uti pilula una alephangina, uel ad minus alternis diebus.

(1)

600

12

Az

de

Ad idem optima experta est sequens mistus ra; de qua quolibet mane, stomacho ieiuno, pa

tiens capiat ad quantitatem castaneæ.

Recip. Diagalaga, id est electuarij de galanga unc.ij.

spetierum aromatici rosati, spetierum diamusci dulcis ana.drach.i.musci optimi gran. iiij. misce cum succo poa morum dulcium: of siat electuarium.

## DE SQ VINANTIA, Cap.xII.



CUL

ris

は

妣

tils

pa

cij.

TIME .

OMPERTVM est experientia phlez botomia duaru uenaru sub lingua esse iuuaz metu præstantisimu squinantiæ, præcedenz

tibus tamen una, uel duabus phlebotomijs: scilicet phlezbotomia uenæ nigræ, or phlebotomia cephalicæ, hoc est magis necessarium.

Adidem.

Optime expertum est, quòd, factis phlebotomijs prædictis, cucurbitulæ appositæ in collo ex opposito loco do lenti cum scarificatione, or sanguinis extractione, mirazbiliter conferunt.

## Adidem. Jan mobi b

Experientia optime compertum est, post phleboto= miam dictam, prouocationem sanguinis ex naribus cum setis pungentibus maxime conferre.

Ad idem. Factis phlebotomis, expertum est medicinam hanc ex toto squinantiam curare.

Recip. Turbith boni, grumosi drach.i.bulliat in dezem unciis aquæ distillationis glycyrrhizæ usque ad cozsumptionem medietatis deinde coletur, grum colatuz ra dissolue mannæ electæ unc. iij.uel casiæ nouiter traetæ unc.i.s. grexhibeatur patienti qualibet hora stomacho ieiuno; præcedente clysteri lenitiuo, de die, et noz te; meridie, grinsero potest exhiberi.

D Adidem

Ad idem, in principio benè expertus est se-

gar B

foru

MP

fm

Matt citi

gut

fec

tre

TH

日日

em tic

fem

but

lb.i

Hit

0

417

pert GIETE!

quens gargarismus.

Recip. Aquæ destillationis glycyrrhize lib.ij.succiplan taginis succi mororum celsium, succi myrtillorum ana unc.ij.misce, bulliant simul una forti ebullitione; deinde coletur, or relinquatur, ut infrigidetur; or patiens eo utatur leui gargarismo, Adidem.

IN PRINCIPIO experientia compertum est, puluerem foliorum plantaginis exiccatorum, or subtili ter pulucrizatorum, insufflatorum cum canna in guttur nearly uncellarment. multum conferre.

VBI INDIGEMVS resolutione, ualet oleum camomillinum, oleum uiolatum, oleum amygdalarum dulcium, o pinguedo gallinæ in æqualibus partibus, inungedo locum doloris cum applicatione lanæ succidæ,

Ad idem, expertum est sequens emplastrum, ubi apostema suo tumore, & sua duritie difficilem reddit anhelitum; quoniam emol

lit, & resoluit.

Recip. Radicis altheæ minutim incifæ,et mundæ,ca= momillæ, florum uiolarum foliorum maluæ, cum radi= cibus ana M. i. bulliant omnia insimul in sufficienti quantitate aque usque ad consumptionem aque; dein= de adde farinæ hordei farinæ fænugræci, farinæ seminis lini ana P. i.pinguedinis gallinæ unc. i. olei camomillæ, olei amygdalarum dulcium ana quantum sufficit ad impinguandum emplastrum quod pluries in die patien= ti applicetur.

Ad idem, in uia resolutionis valet sequens, gargarismus. anobibA

gargarifmus, and allimonta isla , maislah data

23

Mid.

00

tur

M.

W

ole

Cd=

湖

INI.

1

Oto

ns.

Recip. Aquæ destillationis altheæ lib.i. syrup i de bez tonica unc.iij.misce.er siat gargarismus. Si uerò syzrupus non inueniatur, prædicta aqua misceatur cum con serua betonicæ, uel sticados. Si uerò apostema squiznanticum non tolleret sui resolutionem, tunc præparetur citisime ad maturandum, ut rumpatur; ne obstruendo guttur, subitò ægrum suffocet.

Ad maturadum apostema ualet emplastrum

fequens, appositum patienti calidum.

Recip. Foliorum malue cum radicibus, radicum ireos, florum uiolarum, radicum althee ana. M. i. caricaz rum pinguium numero, vi. bulliant in sufficienti quantiz tate aque usque ad consumptionem duarum partium aque; deinde adde farinæ frumenti M. i. pinguedinis porci unc. i. s. butyri recentis unc. s. lactis unc. i. s. olei amygdalarum dulcium, liliorum alborum ana quantum sufficit ad impinguandum emplastrum.

Ad idem, mirabile experimentum habetur in emolliendo, & maturando apostema squinan-

ticum ex sequenti gargarismo.

Recip. Mucillaginis seminum malue, mucillaginis seminum caulium ana unc.ij.mucillaginis sicuum unc.iij. butyri recentis unc. i. aque destillationis glycyrrhize lib.iiij.misce omnia insimul, er ipso igne siat liquor; quo utatur patiens sepe, er gargarizando, er lambene do calido. Postquam uerò apostema squinanticum ad maturationem suerit conductum, experientia come pertum est, sequens emplastrum ipsum disrumpere, sae ciens quoque ad remanentis resolutionem.

Recip. Nidorum birundinum lib. i. olei amygdalae

D ij rum

rum dulcium, olei camomillæ ana quantum sufficit ad conducendum emplastrum; & ipsum calidum guttua ri applicetur.

即

B

0

10

pa

cut

go

80

龄

rid tid

如如

脚

lite

tur

(als

di

po/

him

for,

Ad idem rumpendum.

Fortis uociferatio, & fortis motus gutturis in tranz Iglutiendo; sicut transglutire crustam panis, multum conferre inuentum est. Si uerò buiusmodi non suffez cerint ad eius disruptionem, patiens, uel chirurgicus cum digitis suis, uel cum candela cerea subtili gutturi immissa faciliter disrumpentur. Si uerò non suffecerint, & chirurgicus oculo, uel tactu apostema percipiat, cum ferro disrumpat. Immediate post eius disruptionem ad id expertum experimentum sequens per uiam paulatine deglutionis, uel per uiam gargarismi.

Recip. Aquæ hordei lib.ij. mellis rosati colati unc.iij. misce & æger gargarizando in quantum est posibile, conducat saniem ad os,ne ad membra spiritualia descen= dat ob nocumenta magna: so sic æger mundisicando uul

nus ipsum consolidabit.

# DE SPUTO SANGUINIS



D SPVTVM sanguinis à pulmone com pertum est experientia phlebotomiam ex basilica, qualibet hora factam, iuuamentum

præstare: & hoc experimentum maiorem habet efficae ciam, si altero die àphlebotomia basilicæ, applicentur tres sanguisugæ hæmorrhoidibus.

Ad idem, compertu est, quod facta phlebotos mia, sequens medicina optimum conducitiu-

#### uamentum.

tar

201

m,

Recip. Reubarbari electidrach. ij. torre fiat parum, of subtiliter puluerizetur, of dissoluatur cum decoction ne seminum acetosa, seminum portulaca, of seminum endiuia, of patienti exhibeatur in diluculo.

#### Ad idem

cut frequenter, out in pluribus ex catarro salso, or acuto contingere solet, tunicas uenarum pulmonis franzeret, cautherium actuale factum in comissura coronali ultimum præstare iuuamentum.

Ad idem, optime expertum est sequens an-

Recip. Succi portulacæ, succi plantaginis ana unc. i. coraliorum rubeorum drach. i.lapidis hæmatitis drach. s.puluerizentur puluerizanda, or totum hoc exhibeatur patienti qualibet hora, qua sputo sanguinis infestabitur patiens.

### Ad idem, expertum sequens remedium.

Recip. Gumi Arabici, tragacanthæ, cornu cerui usti, lapidis hæmatitis usti, coraliorum rubeorum ustorum ana drach. s.boli Armeni scrup.ij. puluerizentur subtieliter, cor cum duobus albuminibus oui crudis miscean tur; cor patienti totum exhibeatur qualibet hora sputi sanguinis.

Ad idem, experimento hoc sequens reme dium optimum est.

Recip. Succi portulacæ, uel plantaginis, ubi non possemus habere succum portulacæ unc. iiij.trochisco= rum de Krabæ drach.ij. puluerizentur trochisci subtili= ter, totum exhibeatur patienti, statim consolida=

D iij bitur

bitur uena.

Ad idem compertum est experientia feques electuarium multum conferre.

Recip. Loch de portulaca unc.ij.tragacanthæ frigidæ unc.i.boli Armeni, terræ sigillatæ, sanguinis draconis ana. drach. i. hypochistidos, acatiæ, coraliorum rubeorum ana drach.s.puluerizentur puluerizanda subtiliter, or cum succo plantaginis conficiatur electuarium; de quo paties qualibet hora portiuculam teneat in ore labendo.

Adidem, expertum est, & secretum reme-

dium sequens.

Recip. Reubarbari electi drach. ij. seminum portus lacæ, coriandroru præparatorum ana drach.i.torre fiant: bona torrefactione; deinde puluerizentur subtiliter or illius pulueris drachmam unam sumito; & cum succo portulacæ quantum sufficit patienti exhibeto hora spu ti sanguinis.

Ad idem, mirabile est, & secretum, sequens

medicamentum.

bitur

Recip. Succi millefolij unc.ij. lapidis hæmatitis usti drach. ij. puluerizetur lapis subtiliter, or totum patien= ti exhibeatur frigidum; sicut expertum est, omnia,quæ in fractura uenæ pulmonis exhibentur, actu frigida efle debere.

Ad idem, mirabile experimentum est seques.

74

R

IN

(10

Uen

100

Recip . Stercoris muris scrup. ij. anisorum drach. s. puluerizentur subtiliter, or cum aqua plantaginis quantum sufficit totum detur patienti: wuidebis mirabilem effectum in consolidatione uenæ ruptæ.

Ad idem, secretum, & infallibile experimentum sequens datum qualibet hora patienti,& in quo

in quocunque tempore ægritudinis.

Recip. Testam oui crudi, abiecta quæ intrinsecus membrana est; exicceturg; tali exiccatione, ut posit subtiliter puluerizari; de quo puluere sume drach. ij. aquæ plantaginis unc.iij.misce, est da patienti qualibet bora sputi sanguinis: est subitam uidebis consolidatio nem. Si uerò uis hoc remedium est citius, est esficacius operari, ut considentiam habeas, quod de cætero: non frangetur uena, per quinque dies continuos in diluculo dabis drachmas duas prædicti pulueris dissoluti in sez quenti sorupo.

Recip. Syrupi rosati de rosis siccis, de portulaca, myr

tini ana unc.s.misce.

Ad idem, expertum est sequens medica-

Recip. Scoriæ ferri præparatæ unc. i. cornu cerui.
usti, unc. s. bulliant in decem uncijs aquæ plantaginis
usque ad consumptionem medietatis; deinde coletur, or
colaturæ adde succi portulacæ unc.i. or patienti totum
boc in duabus uicibus exhibeto.

#### Ad idem.

Securissimum, expertum est remedium, tam in cuaratione sputi sanguinis, quam in praseruatione ab eo, quolibet mane stomacho iciuno masticare scrupulum unum reubarbari torresacti.

Ad idem, optimum uidebis iuuamentum, si infrascripto unquento inunges costas, & præ= cipuè ubi percipitur punctura ex ruptura

uenæ.

Recip. Trochiscorum de Krabæ drach ij. olei cito= niorum, olei rosati omphacini ana unc .s. misce, & cum D iiij puluere puluere ducantur, quousque siat in formam unquenti.

Ad idem expertum est portare infrascriptum cerotum super costis; mirabile enim affert iuuamentum.

Recip. Seminis portulacæ, seminis acetosæ, seminis plantaginis ana drach. ij. coraliorum rubeorum, semi=num rosarum rubearum ana drach. i. hypochistidos, acatiæ, granorum myrti, balaustiarum ana drach. ij. s. gumi Arabici, tragacanthæ ana unc. s. masticis drach. ij. omnia unica torrefactione torrefiant; deinde subtiliter puluerizentur, puluerizata incorporentur cum suc=co plantaginis, uel portulacæ: demum cum oleo rosato omphacino, cæra, pice quantum sufficit, siat magdae leon; de quo tantam sumas quantitatem, quantam expe=dit ad ipsum extendendum super corium ad magnitudi=nem costarum.

Ad idem, expertum est quod uinum ex toto derelinquere, est utile; & potare infrascriptam aquam.

Recip. Amidi, coraliorum rubeorum, gumi Arabici, tragacanthæ ana drach.i.bulliant omnia in lib. x. aquæ calibeatæ usque ad consumptionem tertiæ partis; deinde coletur, co colatura usui potus reservetur.

Adidem.

Expertum est, quod si paties quolibet die in sero, cum uoluerit dormire, sorbeat scutellam unam ptisanæ bore deaceæ, ex ea uidebis mirabilem effectum in præserua= tione, or curatione ruptæ uenæ.

ex

DE VLCERIBUS PULMONIS, ET SPUTO SANIEI, Cap. XIIII.

o a translibustania in suu me



X P E R I E N T I A Compertum est, asidua succi hordei potatione sanari phthisis; ad quam curandam eo uictu sic de=

Recip. Succi hordei unc.iiij.amidi unc.ij.misce, et disfoluantur cum iure pulli quantum sufficit: et patienti exhibeatur mane in diluculo, aut sero in ingressu lecti: er optimum iuuamentum tibi succedet.

Ad idem, compertum est experientia, se quentem potionem phthisicis multum con serre

Recip. Pullam unam euisceratam, & bene mundam, amidi, tragaganthæ, gumi Arabici ana drach. ij. hordei mundi, & excorticati lib.s. infundantur hæc omnia, præter pullam, in aqua ungulæ caballinæ per noctem; deinæde colétur, et prædicta ponătur in uetre pullæ, sinas dein de, ut bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem carnis pullæ; demum facta forti exprese sione ipsius pullæ ius pullæ, reservetur: de quo accipe libram mediam, syrupi de glycyrrhiza unc.i.s. misce, exhibeatur talis potus patienti phthisim per decem dies continuos quolibet mane in diluculo; wuidebis curatio nem completam in præservatione à phthisi, in curatione præsentis phthisis.

Ad idem, optime confert condimentum sequens, imo à sui natura curat phthisim.

Recip. Carnis testudinis nemoralis lib. ij. coquantur in aqua ungulæ caballinæ, demum optime contundantur, er dissol=

or diffoluantur cum iure pulli: cui adde lactis amygdae larum dulcium, emulfionis seminum melonis, emulfionis phisticorum ana unc ij.farinæ amidi unc. s. omnia apud ignem conducantur, quousque perfecte cocta erunt: de= mum patienti phthisim loco ferculi or in prandio, or in coena exhibeatur.

Ad idem, ualet condimentum sequens.

Recip. Caudarum cancrorum flunialium lib. i. lactis uaccini, uel ouini lib.iiij.bulliant insimul omnia usque ad consumptionem medietatis lactis: demum caudæ optime contundantur, or cum optimo lacte dissoluantur : cui adde farinæ hordei, farinæ amidi ana P. i. lactis amyge dalaru dulcium unc.iiij.utelli oui recentis numero i. sac chari albisimi unc. iiij. misce, & apud ignem conducantur usque ad ueram coctionem; or patiens phthisim mane, or uesperi comedat quantum conuenit appetitui suo: or est mirabile.

Ad idem, expertum est solo sequenti condi-

mento phthisicos sanari.

Recip. Limaciarum nemoralium mundatarum optia me à suis mucillaginibus lib. i. herbæ ungulæ caballinæ bene trituratæ unc.ij.lactis uaccini.à quo non sit extra= ctum butyrum lib.ij.bulliant insimul usque ad perfectam decoctionem limaciarum; or totum condimentum boc cum saccharo mixtum detur patienti phthisim loco ci= bariorum suorum. Et hoc de cibarijs.

12, the

恒

Ad idem, expertum est, quod si patiens phthi fim omni septimana utatur sequenti medicina, quentino à fornatura curat

erit ipfi utile.

Recip. Iuiubaru, sebesten ana numero. x.glycyrrhizæ mundæ, passularum enucleatarum ana unc. s. bulliant. omni & to differen

omnia in sufficienti quantitate aque ungule caballine usque ad consumptionem medietatis: deinde colentur, con cum colatura dissolue manne electe unc.iij.uel floris cae scie unc.i.or siat potus, or patienti detur, ut dixi, uel adminus in duabus septimanis semel.

Ad idem, optimum est, & expertum sequens potio; qua patiens debet uti quolibet mane per

tres horas ante cibum.

Recip. Aque destillationis radicum petroselini, aque destillationis radicum fœniculi, aque destillationis radicum althee ana lib.i. gumi Arabici, tragacanthe ana drach. iij. amidi unc. s. glycyrrhize munde unc. i. misce, co bulliant insi = mul usque ad consumptionem tertie partis: demum co= letur, co colature adde tantum sacchari, quantum siat iuleb longum, de quo patiens uncias quatuor quolibet, die predicta hora capiat.

Ad idem, secretum est, & bend expertu apud me hoc medicamentum sequens : & est puluis unus, quo patiens phthisim debet uti secundum

modum infra dicendum.

Recip. Seminis papaueris albi drach. vi. seminum enadiuiæ, seminum acetosæ ana drach.i. s. seminum citonio= rum mundatorum drach.ij. seminum melonum, cucurbi= tæ, citruli, cucumeris ana unc.i.s. gumi Arabici, tragacan thæ, amidi ana drach.i. succi glycyrrhizæ drach. ij. pulamonis uulpis drach.i. s. penidiarum ad pondus omnium, misce, eo torresiant leui torresactione omnia; deinde subatiliter puluerizentur.

Recip. Prædicti pulueris drach. ij. syrupi de iniubis unc.i.s. aquæ destillationis limatiarum unc. iij. misce, & tepidum tepidum exhibeatur in diluculo.

Item.

Recip. Prædicti pulueris drach.ij. syrupi de papauez re, syrupi de iuiubis ana unc.i. aquæ ungulæ caballinæ unc. iij.misce, tepidum patienti phthisim exhibeatur in se ro cum ibit dormitum.

Ad idem, cum prædicto experimento simul sequens electuarium complet curationem phthisis: quod electuarium non solum curat phthisim, imò quam maximè corpus humanum restaurat.

Recip. Carnis pulparum fasiani, carnis pulparum cae ponis, carnis pulparum perdicis ana lib.s. carnis testudie nis nemoralis lib.i. bulliant in sufficienti quantitate aque uiolate usque ad completă decostionem; deinde optime contundantur, ex dissoluantur cum aqua ungule caballie ne deinde

Recip. Amygdalarum dulcium mundatarum, pinea= rum, phisticorum, seminum melonum mundatorum, ci= truli, cucurbitæ ana unc. iiij. siant omnium istorum emul siones; quæ cum prædicta aqua dissoluantur, er carnibus

commisceantur, deinde

Recip. Amidi, tragacanthæ, gumi Arabici ana drach. ij. penidiarum unc. ij. sacchari optimi quantum sufficit; et siat electuarium; cui adde pulmonis uulpis unc. s. cinnamomi electi drach. ij. incorporentur, of siat electuarium; de quo electuario patiens quater in die naturali capiat unc. i. pro uice, scilicet per tres horas ante prandium, in meridie, immediate ante coenam, of in medio noctis.

Tir

四回

Ad idem. Inter omnia phthisicis medicamenta expertum est phthisim sanare potatum asininum asininum lac, quod patiens summat in mane, & in diluculo parumper super dormiendo, & uesperi in ingressu lecti, ut sequitur.

Recip. Lactis asinini recenter mulcti unc.vi.sacchari albissimi unc.s.misce, or sumat patiens modo dicto: quem potum continuet in uere per mensem, in autumno uero per uiginti dies.

Ad idem, expertum est, ubi cum phthisi non sit iunctus sputus sanguinis; cui tamen iunga tur catarrus salsus remedium sequens.

Recip. Succi glycyrrhizæ drach.ij.aloës loti drach. i. pastæ pılularum de cinoglossa drach.s.optime simul omenia contundantur, co cum syrupo uiolato siat pasta pilu larum; de qua patiens alternis diebus in ingressu lecti una capiat ad quantitatem scrupuli unius: hæc enim mundisia cat ulcus à putredine, sistit catarrum salsum fluentem à capite, co pectus à superfluitatibus mundat.

# DE ASMATE, The Cap. x v. min college



N principio asmatis experientia comperatum est sequentem medicinam excusare me dicum ab ulteriori operatione; quoniam ipsa

Sanat ægrum.

Recip. Glycyrrhizæ mundæ, passularum enucleatae rum ana unc.s. iuiubarū, sebesten ana numero .x. radicū enulæ mundæ unc.s.radicum ungulæ caballinæ drach.ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis: deinde colentur, et cum colatura dissolue mannæ electæ unc.iij.uel floris cassiæ unc.i.s.er patienti exhibeto.

Adidem

Ad idem, expertum est syrupum sequentem, non solum in digestione materiæ asmatis, sed etiam in euacuatione convenienti ipsius, ob sa

cilitaten fputi, multim conferre.

Recip. Radicum enulæ, radicum hyssopi, radicum som niculi ana unc. isiuiubaru, sebesten ana numero x. carnium prunoru damascenorum numero x. glycyrrhizæ, passula rum enucleatarum ana unc. s. capillorum ueneris, ungulæ eaballinæ ana drach. vi. anisorum P. i. seminum cartami P.s. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medictatis: deinde colentur, co colaturæ adde amidi, penidiarum ana unc. i. pulmonis uulpis grosso modo triti unc.i. s. misce co iterum bulliant unica leui ebullitione; deinde colentur, co cu saccharo, uel melle quantum sufficit reformetur syrupus; de quo syrupo bis in die in diluculo scilicet, co in meridie capiat infrascria ptam mensuram per octo continuos dies.

Recip. Prædicti syrupi unc. ij. aquarum hyssopi, ca= pillorum uencris, ungulæ caballinæ ana unc.i.misce.die uerò nona per duas horas ante lucem capiat infrascri=

ptas pilulas.

Recip. Agarici trochiscati, pilularum cochiarum Al= man.ana drach. s. misce cum succo de glycyrrhiza, &

fiant pilulæ numero v.

Ad idem, facta euacuatione præcedente, comperi sequentem potionem, manè sumpta, sanare asma; dum ex eadem in uesperi siat dicen dum clystere.

Recip. Gallum antiquum ad minus annorum trium; deinde ipsum per tempus flagellato, ipsum multum defatigando, non autem interficiendo; posteà ipsum decollato;

o immae

Ħ

ŽĬ.

福

ma

四山山

は

MX.

immadefactum deplumato; demum à uisceribus bene ipsum mundato, cum uino albo potenti abluito, ipsum modeste salito; deinde

Recip. Seminum cartami, seminum anisorum, seminum anethi ana drach ij. radicum enulæ, radicum hyssopi, radicum prasti ana unc.s. glycyrrhizæ mundæ, passularum enucleatarum ana drach. vi. tartari albi unc. s.
pulmonis uulpis triturati drach ij. omnia hæc grosso mo
do contundantur, o in uentre galli suantur, demum gallum ipsum in quinquaginta libris aquæ apponito, or
ipsum coquito usque quo caro ab ossibus separetur;
deinde forti facta galli expressione, gallus proijciatur:
demum decoctionem colato, o acri cam exponito; ut
pars clara residentia sua separetur, demum partem hac
claram ipsius decoctionis in alio uase reservato: sic deinceps utere eo.

Recip. Prædicti iuris clari unc.vi. oxymelis simplia cis unc.i.s.misce, (ut dixi) patienti dato tepide:uesperi uerò per horam ante cœnam sequens clystere imponito.

Recip Iuris galli turbidi lib.i.uitelli oui numero.i.hie=
ræ simplicis Galeni drach vi.olei comunis unc.iij. saccha
ri rubei unc. i. s. salis communis drach. ij. misce, es
inijciatur clystere:et sic continuabis per octo dies contia
nuos:es optimum effectu in curatione asmatis inuenies.

Ad idem, expertum est, & in paroxysmo asmatis, & in præseruatione ab eo quolibet mane per tres horas ante prandium capere uncia mediam infrascriptæ mixturæ.

Recip. Terbentinæ optimæ lotæ cum aqua ungulæ caballinæ lib. i. caricarum pinguium lib. s. penidiarum unc. iiij. olei amygdalarum dulcium recentis unc.i. misce insimnl insimul omnia, o optime coducantur in mortario quo= usque siat forma electuary; quod patiens sumat moz do dicto.

Secte. Seminum cambi bAinum aniforum , femis

Optime expertum est uti alternis diebus solium terben tine unciam mediam. Colones un illare survivar and

Ad idem, expertum est hoc secretum, uti ter

in die sequenti potione. La seguitat aiglaut ainomine

Recip. Succi enulæ, succi hy sopi ana unc.ij. aquæ un= gulæ caballinæ lib.i.bulliant insimul una forti, or longa ebullitione; demum cum saccharo quantum sufficit fiat fy rupus: de quo sine aquis capiat unc. ij. mane, in meridie uerò uncias duas, o duas uncias in ingressu lecti.

Ad idem, expertum est hoc remedium adhuc stante paroxysmo asmatis, & est secretum,

cum quo multos relevaui à paroxysmo.

Recip. Sulphuris uiui lib, s. puluerizetur subtiliter, or infundatur in aqua ungulæ caballinæ quantum suffi= eit per diem naturalem ; deinde bene abluatur cum præ= dicta aqua: demim cu saccharo optimo quantum sufficit fiat electuarium; de quo capiat, or mane, or uesperi, sto= macho ieiuno, unciam mediam, or in paroxy smo, or ex= era paroxy smum; quoniam non solum curat, sed præser= uat etiam à paroxysmo. Si autem superueniet tibi ti= mor de forti exiccatione ipsius pulmonis, qua anhelitus intercipitur propter difficultatem; laudo, ut in ingressu lecti, in diluculo eisdem diebus patiens capiat infra= scriptum potum,nec ob boc derelinquatur electuarium. Recip. Aque hordei unc.iij. syrupi uiolatt unc.ij.misce.

Ad idem, præcipue tempore paroxylmi,fequens experimentum est mirabile,& probatu. and the same

Recip.

121

13

MC.

神

Recip.Oxymelis simplicis unc.ij.gumi Armoniaci gut tæ quatuor.misce,& totum patienti exhibeatur.

Ad idem, experientia compertum est optimè conferre, & de repente asma curare, si omni hora patieti exhibeatur tale medicametu.

Recip. Oxymelis simplicis unc.s.pulmonis uulpis sub tiliter puluerizati drach.s.misce pro una uice, es patien ti exhibeatur.

Ad idem, expertum est asmati mirabiliter conferre, si patienti ter in die naturali exhibeatur uncia media sequentis mixturæ, scilicet per tres horas ante prandium, per duas horas ante cœnam, % in medio noctist continuando per tres, uel quatuor dies, % non plures, uidebi tis ægrum sanari.

Recip. Mannæ granatæ electæ unc.ij.floris caßiæ no= uiter tractæ unc.s.penidiarum unc.iij.olei amygdalarum dulcium recentis unc.i.pulmonis uulpis subtiliter pulue= rizati drach. ij. misce, & siat electuarium cum syrupo de hyssopo.

Ad idem, expertum, & pro pauperibus se-

cit

CX:

(7:

tie

tws

14

M.

fce.

fe-

ű.

cip.

Recip. Radicum altheæ in umbra exiccatæ lib. i. mellis cocti, et despumati lib. iiij. misce, et apud ignem conducatur quousque siat forma electuarij; de quo paties capiat frequenter: et bene ualebit.

Ad idem, ualet propauperibus sequens con-

Recip. Aquæ fontis claræ lib. ij. porrorum subtiliter incisorum unc.iij. butyri recentis unc.ij.sacchari optimi unc.i.s.uitelli oui numero i.omnia simul bene agitetur:et

E

in uase

in uase prope ignem conducantur, co totum patienti ex=

hibeatur et in prandio, o in cona.

Adidem: & est secretum, & mirabile, & sine dubio curat Asma a quacunque causa; & est electuariu apud me magistrale: & appellatur.

DIABVTYRVM Benedicti: de quo patiens debet assumere ter unciam mediam, scilicet in diluculo, in

meridie, or in ingressu lecti.

Recip. Butyrirecentis in perlucida aqua fontis decies eloti unc.iiij.caricaru,nucleoru pini,dactylorum, amyg= dalarum amararum ana unc.ij succi glycyrrhizæ,traga= canthæ ana unc.s.hysfopi,ireos, thymi, satureia, prasij, pulegij, seminum urticæ ana unc.s.cinnamomi, Zinzibe= ris, pyrethriana drach.iij. garyophyllorum, galangæ, piperis nigri, anisi, carui, cardamomi ana drach.ij. li= gni aloës, nucis muscatæ ana drach.i.aquæ mellis lib.iiij. sic conficito caricas passulas, es dactylos bene tritos in aqua mellis triduò infunde; posteà lento igne coque, co uiolenter succum exprime; cui succo adde butyrum; & insuper adde mellis sumati lib.vij.et iterum lento igne ebullito unica forti ebullitione; demum iterum cola, co colaturæ adde grana pini, or amygdalas, bene omnia contusa, & omnia in mortario nulla intermissione bene ducitò, alia uerò omnia subtiliter puluerizata, prædictis immittito; cui adde, pulmonis uulpis subtiliter pulueri= zati unc.ij. o diutius permiscendo apud ignem electua= rium conducito, or usui dato.

Ad idem, ualet sequens unguentum quo totum pectus mane, & uesperi ante cibum cali-

do debet inungi.

Recip. Succi hyssopi, succi altheæ, butyri recentis,

olei amygdalaru dulcium ana unc.s.croci.scrup.s.misce, or cum modico ceræ siat unquentum molle.

Ad idem, & optime ualet lotura capitis sequens, cum, ut plurimum, asma sit per dessuxum materia a capite ad membra pectoris.

Recip. Foliorum hyssopi, foliorum betonicæ, foliorum saluiæ ana. M.s. florum camomillæ, rosarum rubearum, granorum myrti ana. M.i. bulliant in sufficienti quane titate lixiuij dulcis, & cum eo caput abluatur semel in septimana.

Ad idem, ualet optime sequens puluis importitus comissure coronali uesperi in ingressulecti; observato tame, ut semper mane cu setula au feratur prædictus puluis à comissura coronali.

Recip. Florum camomillæ, meliloti, sampsuci ana drach.s.rosarum rubearum, granorum myrti ana drach. i.thuris, masticis, sandaracæ, coraliorum rubeorum ana scrup.ij. gariophyllorum scrup.i. puluerizentur omnia subtiliter, er siat puluis subtilissimus.

Ad idem.

Expertum est multum conferre, si in corpore patien= te asma, fiant duo cautheria; unum in parte syluestri brachij dextri longe à iuncturis spatulæ per quatuor digitos: alteru in crure dextro in parte syluestri, distan te à genu per quatuor digitos inter duos musculos.

### DEPLEVRITIDE. Cap. xvi.



13

O ME

O

111

ent

th

は

101

ali

etic,

V M pleurists duplex exigat regimen; ten= tatiuum, ex curatiuum; curatiuum regimen post habebitis; tentatiuum uero nunc: boc

E ij autem

autem tentativo acquiritur vobis notitia, scilicet an sit pleuritis, an dolor uentosus: or st fuerit humor paucus aut uentositas; illum, uel illam resoluemus bis fomen= tis: & sic excusabimur à transeundo ad aliud genus cu= rationis. Fomenta ergo in principio uel curant uel docent curare. Materia igitur existente pauca, et apta per poros cutis resolui, si fuerit sicca, sine cholerica, sine melancholica, cum fomentis humidis resoluenda est, ex quibus filtru, siue spongia in aqua calida infusa, et opti= me expressa, or petia linea subtilissime couoluta, et toto loco dolenti applicata; & bis, aut ter iterata, semper post infusiionem ipsius in aqua calida, cum optima ex= presione, or circumuolutione cum petia sicca, quæ remaneat super loco tanto tempore quaque uice, donec ca lor ipsius tepescat; o deinde reinfundi in aquacalida oportet, ut suprà : quod aptius fieri poterit, si duæ spon giæ aut duo filtra habeatur huic operationi deseruietia; ut una earu remota, quăprimu altera super imponi pos= sit: apponatur debite calida, sed no acute, siue intense. Aliud ad hoc conueniens.

Saculus ex furfuribus frumenti magis; secundum loe ci dolentis quantitatem, bullitus in aqua leui ebullitione, es loco dolenti, post fortem ipsius expressionem, appliacatus, es secundum necessitatem reiteratus, ut supra, maxime confert. His efficacior est spongia, siue filtrum

infusum in aqua descriptionis infrascriptæ.

Recip. Radicu altheæ, drach.iij. maluaru M.i. seminu lini unc.s. sloru camomillæ, melilo.ana.M.i.radices lotæ, et non abstersæ, extracto ab ipsis meditullio, bulliant si= mul cum reliquis medicinis in aqua sluuiali quatum suf= sicit usque ad sufficientem decoctionem maluauisci: ex siat

fiat,ut ab initio dictum est.

14

011

胡川原

loc

oliz pliz

114,

100

TILL!

otes the

師

:Of

PARIETARIA quoque cum oleo in patella mor= tificata, & loco dolenti super imposita, est ad hoc effi= cax: er reiteretur secundu necessitatem, ut supra.In materia autem humida, siue phlegmatica, siue sanguinea, fomenta conuenientia erunt hæc; uidelicet saccellatio facta ex milio, sale, aut furfure, debite calefactis, er ap= plicatis, ut suprà. Si uerò uoluerimus calefactoria me= dicamenta inter sicca, or humida; aspergemus res supra scriptas cum eas calefacimus, uino, aut aqua, aut aceto, aut ex his simul mistis; deinde in sacculis ponemus, aut prius ex his simul mistis faciemus sacculos, quos calefaz ciemus super lateribus calidis aspersis cu suprascriptis; aut uerò bos sacculos infundemus in buiusmodi debite calidis; & post sufficientem expressionem applicabi= mus, ut suprà. In materia grossa, cum bumidis primò, tandem ad sicca, procedemus. In subtili, cum siccis ad resoluendum materiam profundam fortius resoluenti= bus indigemus, quam ad resoluendum superficialem. In resoluendo cum his calefactorijs ordo seruandus est; ut secundum plurimum ab humidis inchoemus, et à debilio= ribus gradatim procedentes, ad fortius resoluentia; babi= to semper respectu ad materiam resoluendam: ut si sub= tilis sit aut grossa; posita in superficie, aut profundo; humida, uel sicca; calida, uel frigida: cum ueró pleuresis sit uera, apta curari per resolutionem, spuitionem, uel resudationem, sex principales intentiones sunt haben= dæ. PRIMA debita regiminis administratio. Secun= da, diuerfio materiæ fluentis: Tertia, digestio: Quarta, euacuatio: Quinta, sputi facilitatio: Sexta, resolutio. Sed ad empiricam accedamus.

E iij AD PLEVRITIE

loris lateralis compertu est experientia, phlebotomare basilică brachij oppositi multum coferre. Si uerò in quar ta uel immediate post quartă siat phlebotomia ex bas silica eiusdem lateris, citisimam uidebis euacuationem ipsius pleuritidis. Hic igitur est modus phlebotoman di, quem debetis servare secundum mentem Galeni. Et nota, secundum documenta doctorum, quòd nulla com mittatur phlebotomia, nisi præcedente ventris lenitione vel cum casia per os assumpta vel cum enemate lenitiz vo: quod in pleuritide debet esse tale.

Recip. Hordei mundi pu.i. uiolarum M.i.s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis; deinde de colatura accipe lib. i.cui adde olei uiolati unc. iij. sacchari rubei unc. ij. salis communis drach. iij. uitelli oui numero. i.misce, of siat clystere. Si uerò contingeret, ut pleuriticus occurrat ipsi medico post quartum diem; sicut plerunque contingit; opposie tam uenam non phlebotomabis; quoniam tunc æger mo= reretur: of etiam ex una duæ sierent, ob tractum mate= riæ putridæ ab uno latere ad alterum: sed cum consilio sociorum uestrorum eiusdem lateris uenam secabitis.

Ad idem, facta conuenienti phlebotomia, per diem naturalem post, est expertum experientia medicinam sequentem pleuritidem sa nare, quanquam adhuc essemus ante quartams quoniam ipsa euacuat materias in uns latis à quibus souebatur apostema pleuriticum.

Recip.Mannæ granate unc.iij. dissoluatur cum deco=

ctione communi pectorali.

Descriptio.

to

Descriptio decoctionis communis pectora. lis talis est.

Recip.hyssopi sicci, capillorum ueneris, sicuum, daety loru, sebesten, passularu, hordei mundi, glycyrrizæ, rasæ ana.p.æquales, bulliat hæc in aqua quatu sufficit; et (ut dixi) dissoluatur mana, et detur patienti in diluculo: uel, loco mannæ, pro pauperibus poteris assumere unciam unam omediam sloris casiæ.

Ad idem, compertum est à principio, idest, ante quartam, usum sequentis electuarii, frequenter lambendo ipsum, multum in pleuritide conferre.

Recip. Diagraganti frigidi, diapenidionis sine speciebus ana unc.i. diacodionis cum saccharo unc.s.misce, co cum syrupo uiolato siat electuarium.

113

lei

715

100

10:

tte

io

iia,

1961

130

isà

0001

Ad idem, à principio expertum est iuleb sequens multum conferre, si calidum lambendo pleuritico propinetur.

Recip. Syrupi de iniubis unc. ij. syrupi niolati unc. i. misce.

Ad idem, à principio répertum est sequens unguentum pleuritico multum conferre, si ma ne, & uesperi, eo calido, ungatur locus dolens.

Recip. Mucillaginis seminum citoniorum, olei uiolati ana unc.i.olei amygdalarum dulcium unc. s ceræ quan= tum sufficit: or siat unguentum molle.

Ad idem, à principio, præcedentibus dictis euacuationibus, compertum est sequens empla strum pleuritide curare, ut no transeat quarta,

Recip. Violariæ.M.i.s. florum uiolaru M.ij. bulliant in sufficienti quantitate aque usque ad consumptionem

E iiij aquæ:

aquæ; deinde adde farinæ bordei unc.i.s.olei uiolati; olei amygdalarum dulcium ana quantum sufficit ad impine guandum emplastrum.

Ad idem, ante quartam compertum est syru pum sequentem pleuritico exhibitum bis in die, in diluculo scilicet & in meridie, multum

conferre.

Recip. Syrupi uiolati, de iuiubis ana drach.vi. aqua= rum uiolarum, buglosse ana unc.i.s.misce pro una uice. Et nota, hac esse remedia, qua melius exhiberi debent usque ad quartam; eò quia tunc intentio medici est in= grassare materiam, ne fluat ad membrum pectoris ad magnificandum apostema pleuriticum, uel ad ipsum fa ciendum: Tomnes medicinæ iam ennumeratæ talem exercent operationem. Transacta uerò quarta die ip= sius pleuritidis, debet medicus mutare intentionem cu= ratiuam; quoniam prius erat sua intentio ingrassare materiam, post uero quartam est incidere, & resoluere materiam iam fluxam, or ideò ad modum Galeni cum fluxa materia indigeat euacuatione, expertum est phlebotomia tunc factam ex brachio loci dolentis citisime curare pleuritidem, of sic laudo, ut fiat adhue non ure gente uehementi necessitate ; licet hoc non semper sen=

Ad idem, post quartam compertum est sequens electuarium multum conferre, ipsum te-

pidè lambendo.

Recip. Diapenidionis sine spetiebus unc. i. s.diadra. găthi frigidi unc.s.loch de pino unc.i.misce cum syrupo de glycyrrhiza, or siat electuarium.

Adhoc

titt

940

thi

Ad hoc compertum est misturam sequentem in pleuritide conferre post quartam, eam calidam lambendo.

Recip. Syrupi de glycyrrhiza unc.ij. syrupi iuiubini unc. i.misce, & patienti exhibeatur. Aduerte, quòd si pleuritico (sicut frequenter contingit) inugeretur sluxus uentris, siue fuerit ante quartam, siue post; in omni admi nistratione syruporum debes dare de syrupo myrtino sufficientem quantitatem: quonia ultra hoc, quòd sistit sluxum, lenit partes pectoris, & facilitat sputum: quæ sputi facilitatio est re uera tota cura ipsius pleuritidis.

Ad idem compertum est experientia, ueluti diuinum quoddam, omnem pleuritidem curare, & ægrum à morte releuare sequens medica mentum; quòd ægrotanti applicari non debet, nisi in quarta uel transacta quarta.

Recip. Dialtheæ unc. ij. olei amygdalarum dulcium unc.s.misce,cum quo unguento calido ungatur locus do= lens,deinde superasperge loco dolenti sic uncto sequen= tem puluerem.

Recip. Cymini unc.s. fiat puluis subtilissimus, es cri bretur; quo puluere superasperso, sume folium caulis sua per cineribus ignitis calefactum, deinde foliu ipsius cau lis unge cum butyro antiquo non salito; es loco dolenati ipsum calidum applicato: es mirabilis effectus tibi apparebit in sedatione doloris pleuritidis, es in resoluatione materia apostematis, es hoc remedium tibi honoarem conducet, es agro utilitatem maximam. Et scias, quod hoc remedium ualet in quolibet alio forti dolore, existente in toto corpore à capite infra.

Adidem,

Dulus

Ad idem, post quartam expertum est sequens unguentum quod dolori debet applica ri,lana succida superposita.

Recip. Olei decoctionis altheæunc. ij. olei camomillini unc. i. olei amygdalarum dulcium unc. s. ceræ quantum

sufficit, of fiat unquentum molle.

Ad idem, expertum est sequens emplastrum curare apostema pleuriticum; imò si lateri pleu ritico iungeretur uchemens dolor, huiusmo-

di emplastri applicatio dolorem sedat.

Recip.Radicu altheæ minutim incifæ et coctæ unc.ij. floru camomillæ. florum uiolarum, meliloti ana M. ij. caricarum pinguium numero.vi.bulliant omnia in suffiecienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medie tatis: demum colentur, co colaturæ adde farinæ fænuz græci, farinæ seminu lini ana unc.i.farinæ fabarum unc. i.s.olei anethi, olei liliorum alborum, olei amygdalaru dulcium ana quantu sufficit ad impinguandu emplastru.

Ad idem, secretum est, & optime expertum præcedentibus euacuationibus si detur patien ti infrascriptus potus; & præcipue, ubi mez dicus perciperet cum pleuritide iunctam esse uentositatem magnam, augumentantem pleuriz

ticum dorem.

Recip. Olei seminum lini unc.iiij. succi altheæ unc.ij. misce, of siat potus, of detur qualibet hora of quolibet tempore ipsi pleuritico; of detur patienti stomacho ieiuno mane, of uesperi.

Ad idem, consulo, ut post quartam digeratur materia, regulariter operando; & sequens syrupus est expertus multum ualere tunc tem

poris.

fil

npla

orem ,

poris.

Recip. Syrupi de glycyrrhiza unc. i. de iuiubis, de pomis dulcibus ana unc.s. aquarum ungulæ caballinæ, capillorum ueneris uiolarum ana unc.i.misce, cùm enim post quartam intentio non sit prohibere, quod sluit, ina grassando, uel immobilitando ipsum, sed incidere, quod sluxum est, es partim resoluere; es hæ intentiones in prædicto syrupo inueniantur; ideò est sciendum, ipsum esse conuenientem.

Ad idem: quoniam adhuc post quartam, ap= parentibus signis digestionis, conuenit patientem purgare, compertum est sequentem me-

dicinam pleuriticum curare.

Recip. Iniubarum, sebesten ana numero.x.glycyrrhia zæ, rasæ, passularum enucleatarum ana unc.s. storum buæ glossæ, niolarum, borraginis ana unc.s. dactylorum enuæ cleatorum numero.iij. bulliant omnia in sufficienti quanæ titate aquæ niolatæ usque ad consumptionem medietatis demum colentur, eo colaturæ adde mannæ electæ unc.ij. reubarbari electi infusi in prædicta decoctione secunæ dum artem drach.ij. spicæ gran. vi.et siat potus. Et adæ uerte pro secreto, quod in pleuritide non debet dari reuæ barbarum in substantia; quoniam sua stipticitate mulæ ta, prohibet sacilem screatum: nec debet dari sine decoætione dactylorum: quoniam dactyli stipticitatem reuæ barbari tollunt: aliter in pleuritide non eris ausus super reubarbaru, nist in infusione, uel decoctione dactyloru.

Ad idem, optime expertum est, & reperi me abbreuiare curam pleuritidis si mane, & uesperi per duas horas ante cibum detur patienti ina

frascriptum pomum ad comedendum:

Recip.

Recip. Pomum unum dulce, sub cineribus bene deco=

clum; cui puluis sequens super aspergatur.

Recip. Succi glycyrrhizæ, amidi, penidiarum ana drach i.misce, of siat puluis subtilis super aspersus pomo. Si uerò transacta septimana usque ad undecimam et post ad decimam quartam in pleuritide uirtus ægro= tantis bene constet, or dolor lateris adauctus sit, et mem bri grauedo, o febris, o alia accidentia pleuritidem fequentia incrementum susceperint, proculdubio creden= dum est apostema non obedire resolutioni. quapropter medicus tune temporis excusatus est, si maturatiuis ipsis utatur, tentans ipsius apostematis suppurationem . nam in huiusmodi cura quatuor hæ sunt intentiones: prima quarum est maturatio: secunda, ruptio: tertia, abstersio materiæ saniosæ:quarta,consolidatio. Igitur si harum prima usus fuerit medicus, excusabitur (ut dixi) quo= niam medicus in quantum posibile est, deberet probibe= re ipstus pleuritidis maturationem; cum ipsa sit uia ad ulcera pulmonis, or ad phtisim; or inde ad mortem per trasitum saniei ab ulcere membranæ ad intrinsecas par= tes pulmonis, Sin autem secus non estet curatio, ad ma= turandum apostema pleuriticum sequens emplastrum expertisimum est.

Recip. Foliorum maluæ cum radicibus, uiolariæ ana M.ij. radicum altheæ mundatarum unc. ij. radicum lilio= rum alborum unc.i. radicum enulæ unc.s. florum camo= millæ, meliloti ana M. i. bulliant omnia in fufficienti quantitate aquæ ufque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colaturæ adde farinæ fænugræci, farinæ frumenti ana p.i. fermenti drach. ij. pinguedinis porci, butyri ana unc. s. olei amygdalarum dulcium, olei

communis

Ac

do

lon

communis ana quantum sufficit ad impinguandum eme plastrum; cui adde croci drach.s.quod emplastrum loco dolenti applicetur calidum, es ter in die naturali per= mutetur.

Ad idem, scilicet ad suppurandam pleuritidem, optime expertum est sequens unguentis.

Recip. Mucillaginis seminis caulium, mucillaginis sea minis maluarum, mucillaginis seminis fœnugræci mucilaginis seminis seminis altheæ ana unc. ij. mucillaginis sicuum unc. i. lactis uaccini unc. iij. butyri recentis unc. ij. olei amygdalarum dulcium unc.ij.s.omnia insimul misceana tur, or leui igne bene ducantur, or cum ceræ quantum sufficit, siat unguentum molle: quod utique extensum sua pra lanam succidam, loco dolenti applicetur ter, uel qua ter in die naturali.

Ad idem, in maturatione apostematis experta est sequens antidotus.

Recip. Butyri recentis unc. iiij. mucillaginis ficuum unc.ij.olei amygdalarum dulcium recentis unc.i.misce, et omnia simul bene incorporentur, co cum sacchari quanatum sufficit, siat loch: de quo frequentissime paties in ore teneat lambendo.

Ad idem, potus sequentis aquæ calidæ lamben do multum confert.

Recip. Iuiubaru, sebesten, ana numero xv. glycyrrhizæ mundæ, passularum enucleatarum ana unc. s. radicum maluæ, radicum altheæ, radicum enulæ ana unc. s. dactyæ lorum enucleatoru, caricarum pinguium ana numero ijbulliant insimul in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis: deinde colentur, co colaturæ adde olei amygdalarum dulcium unc. i. sacchari quantum

He!

fcc,

ter

Line

dette

guit

dem

quantum sufficit, es siat iuleb longum clarificatum; de, quo patiens assumat ferè sine intermissione. Si uerò post fortem dolorem lateris, dolor ipse notabiliter mianuatur, es post febrem intensam febris ualde dimittatur, es alia accidentia ipsius pleuritidis in se multum remissa suerint, dum tamen in membro læso remanserit sola gravitas, quam patiens ex ponderositate loci perci pit; tunc medicus debet coniectare naturam non esse potentem ad apostematis resolutionem; es quonia aposte ma est dispositum, es praparatum ad disruptionem; ideò medicus debet omni ingenio curare, ut apostema ipsum rumpatur.

Ad rumpendum apostema pleuriticum.

Primum ingenium est ad rumpendum apostema pleuz riticum, præcipere patienti, ut inordinato, of forti motu moueat membra thoracis, quoniam ex huiusmodi motu uiolento, of forti, rumpetur apostema.

Ad idem, ualet sequens emplastrum.

Recip. Radicum altheæ coctæ unc .iiij. in mortario optime contundantur; quibus adde butyri unc. i. mellis unc.i.s. stercoris columbini drach. ij. misce, & calidum loco præcise applicetur: subitam uidebis disruptio= nem apostematis. Si uerò apostema uel arte, uel natu= ra disrumpatur: quod medicus cognoscet ex desinentia ponderositatis membri, & ex apparentia exitus per exi tum sanici, per screatum, per apparentiam sanici ex urina, tunc medicus debet solicitus esse, ne materia illa transeat ad pulmonem: si transierit, ut non permaneat et sigatur: nec non prohibeat etia futuram phthisim; ad quod expertum est sequens lambitiuum.

Recip. Aque hordei lib.i.mellis rosati unc.iij.radicum

altheæ unc.s.misce & bulliant ad consumptionem ter= tiæ partis, dei nde coletur, & de colatura calida patiens lambendo sæpissime capiat.eo enim remedio abstergetur sanies ab ulcere, & eam conducet ad inferiores partes cutis; mundabit per uiam sputi.

Adideni.

Recip. Penidiarum unc. ij. mellis rosati unc. i. succi enulæ unc.s.pulmonis uulpis puluerizati drach. iij. mi= sce, & cum modico sacchari stat loch, cuius quantitatem sepissimė lambendo æger in ore teneat.

Adidem.

Secretum est, vualde expertum ad idem, quòd si quanter in die naturali bibat paties uncias quatuor aqua hendera terrestris calida, uidebis optima curatione disrupti apostematis pleuritici, cius mundisicationem à sanie, es prohibitionem futuri empimatis, es phthisis. es ad hac bene conferunt ea, qua dicenda sunt in sequenti can pite de tusi.

DE TVSSI, Cap.xvII.

I FVERIT tußis à causa calida; dignosci tur autem hoc à calidicate percepta in spiritualibus; à pruritu, et puctura eorunde; à per

ceptione materiæ subtilis in gutture prurientis; à rube=
dine facici, coculorum, coin eis caliditate apparente;
compertum est, tang sublime remedium, duas phleboto
mias alternis diebus factas multum conferre. Prima qui=
dem ex uena nigra dextri brachij cum extractione san=
guinis quatuor unciarum: Secuda uerò ex cephalica eius=
dem lateris; cum ferè tusis calida sit à defluxu materiei
à capite.

XI

14

郡

à capite.

Ad idem, compertum est, medicinam sequen tem tussim calidam curare.

Recip. Iuiubaru, sebesten ana numero x. glycyrrhizæ, passularum enucleatarum ana unc. s. bulliant in sufficien ti quantitate aquæ, et cum colatura dissolue floris casiæ nouiter tractæ unc. i. electuarij rosati Mesue drach. ij. mi= sce, et siat potus, et detur tusienti in diluculo.

Ad idem, scilicet ad tussim calidam, optime conferunt sequentes pilulæ, datæ patienti cum

ibit dormitum.

Recip. Pılularu aurearum Nıcolai scrup. ij. pilularu assaiaret scrup.i.misce cum syrupo uiolato, et siant piluala numero.y.

Ad idem, expertum est, tanquam remedium efficax, sequetem potionem multûm conferre: quam patiens debet frequentare per septe dies continuos in ingressu lecti.

Recip. Aquæ hordei unc. v. diacodionis cum sac= charo unc. s. misce, er apud ignem calesiant, er tusien=

ti exhibeto.

Ad idem, compertum est sequentem potum mirabiliter conferre, patienti datum in ingressu lecti.

Recip. Succi hordei extracti ex hordeo recenti, comundo unc.ij.pulueris diagraganthi frigidi unc.ij.misce, com dissoluatur cum aqua decoctionis glycyrrhiza, Iuiu=barum, o passularum enucleatarum quantum sufficit.

Ad idem, optime expertum, & secretum in curatione tussis calidæ, & præcipue cum infestat ægrum, ut uix possit dormire, assumere ale ternis

ternis diebus unam de sequentibus pilulis in ingressu lecti.

en

Zt,

in.

Kie

M/a

mc

um

อนั

um

ret

lies

40:

Mi

100

1111

,00

ifce,

Will:

n in

eale

Recip. Pilularum de cinoglossa descriptione Mesue drach.i.cum syrupo rosato: siant pilulæ numero quinque; quarum unam capiat modo dicto.

Ad idem, experientia optime expertum est, quod si patiens quolibet die ante prandium ca piat unam de infrascriptis pilulis, curabitur à tussi calida.

Recip. Pilularum masticinarum Conciliatoris drach.
i.agarici trochiscati drach.s. pilularum aurearum Nicoalai scrup.ij.misce cum syrupo uiolato.siant pilulæ numearox.quarum unam capiat modo dicto.

Ad idem, expertum est, quòd si patiens purgetur sequentimedicatione syruporum, & medicinæ, sanabitur à tussi calida. Syrupus, quem debet accipere per septé dies continuos, est sequens.

Recip. Syrupi myrtini, uiolati, de Iuiubis ana unc.s. aquarum, ungulæ caballinæ, plantaginis ana unc.i. s. miæ sce pro una uice. Facta digestione in materia, compertu est sequentem medicinam tußim ipsam catarralem caliæ dam curare.

Recip. Corticum myrobalanorum citrinorum une.s.
granorum myrti, Iuiubarum, sebesten ana numero x.gly=
cyrrhizæ mundæ, passularum enucleatarum ana unc.s.
agarici ligati in petia drach.s. bulliant omnia in sufsi=
cienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medie=
tatis: & cum prædicta colatura dissolue mannæ grana=
tæ electæ unc.ij. & hoc pro diuitibus. Si uerò pauper
fuerit, cassiæ nouiter tractæ unc.i.uel penidiarum unc.iij.

F electuarij

electuarij rosati Mesue, electuarij de dactylis ana drach. i.s.misce, & siat potus, & patienti tusim exhibeatur in diluculo.

tion

COL

per

de

lis

12/2

nes

to

ton

mat

fat

pit

Ad ide, ubi tussi coniungeretur raucedo uo cis, ualet hæc mixtura sequens, pluries in die ea

assumendo, & lambendo.

Recip. Diadraganti frigidi, diacodonionis cum saccha ro, diapenidionis sine speciebus ana unc. i. boli Armeni subtiliter puluerizati drach.i.misce; cum iulep uiolaz to siat ad modum loch.

Ad idem, & bene experientia docer, multum ualere seques mixtura bis in die sumpta, scilicet ante prandium, & ante conam per duas horas

ad quantitatem unius cochlearn.

Recip. Mannæ electæ unc. i. s. floris caßiæ nouiter tractæ unc.s.penidiarum unc.ij.pulueris tragacanthæ fri gidæ unc.s.olei amygdalarum dulcium recentis unc.s. mi sce,cr fiat loch.

Ad idem, expertum est, uesperi, cum patiens ibit dormitum, assumere octo cochlearia infrascriptæ mixturæ, sanare tussim calidam.

Recip. Aquæ fontis claræ unc. x. sacchari albissimi unc.ij.s.bulliant insimul usque ad consumptionem tertiæ partis; deinde adde farinæ amidi. farinæ bordei ana quan tum sufficit ad incorporandam prædictam aquam ad for mam liquoris densi.

Ad idem, optime expertum est, patient cassie duc tenere in ore lambendo unam de infrascri-

ptis pastellis, mirabiliter conferre.

Recip. Sacchari candi unc. iij.gumi Arabici, traga= canthæ,amidi ana drach.ij.fucci glycyrrhizæ drach.i.fa= rinæ rine hordei drach.iij.omnia insimul subtilissime pulueri= zentur, co cum saccharo dissoluto in aqua uiolata quan= tum sufficit, fiant pastelle.

Ad idem, experientia inuentum est, uesperi, cum patiens ibit dormitum, in ore sub lingua tenere unam de infrascriptis pilulis, multum conferre.

cā

04

ai

de

Im

el

28

in fi

ns

n.

Щ

tie

101

for

sfie

Ti-

改年

fu

ins

Heeley.

Recip. Diacodionis, pulueris tragacanthæ frigidæ, penidiarum ana drach.ij.boli armeni drach.s puluerizen tur omnia subtilissime; com syrupo myrtino siant for, mulæ ad modum lupinorum; uel pilulæ ad modum lupieni; quod idem est.

Ad idem, optimum remedium auferens equi dem tussim calidam, sequens ebullitio ex passue lis & glycyrrhiza.

Recip. Passularum enucleatarum unc. ij. bulliant in libra una aquæ usque ad consumptionem tertiæ partis; deinde illi aquæ fortiter bullienti appone glycyrrhizæ rasæ recentis per frustra divisæ unc.ij.er omni hora teaneat patiens frustum unum ipsius glycyrrhizæ bene maesticando. Si verò præcedentia remedia in tussi calida non suffecerint, iam credendum est; ipsam foveri à catare ro, de super cadente ad membra pectoris. Consulo itaque tanquam ultimum remedium, er sublime, sieri cauthea rium actuale in commissura coronali; unde quanquam materia sit calida, cautherium tamen utilitatem præsstat: quoniam exiccando, er cerebrum confortando, proze bibet sluxum materiæ ad membra anhelitus.

Ad tussim frigidam cum præsentia materiæ pituitosæ fluentis à capite ad membra anhelitus, expertu est, sequété medicina ipsa curare.

F ij Recip.

Recip. Diasebesten lenitiui unc.i. electuarij de dacto lis drach.ij.misce, of siat bolus cum saccharo; of capiat patiens per quatuor horas ante lucem.

Ad idem, expertum est benè ualere sequens electuarium, frequentatum à patiente, ipsum

lambendo.

Recip. Terbentinæ lotæ cum aqua capilloru ueneris unc.iij. caricaru pinguium unc. i. penidiaru unc.iij.olei amygdalarum dulciu recentis unc.i.misce; et optime in mortario conducantur, quousque siat electuarium.

Ad idem, mirabiliter confert sequens ele-Auarium, si patiens ipsum frequentet lam-

bendo.

Recip. Succi altheæ unc.iij. succi enulæ unc.i.penidiae rum unc.ij.s.amidi unc.i. sacchari quantum sufficit dis= soluti cum aqua ungulæ caballinæ; & siat electuarium.

Adidem, medicina hæc optime experta est, sin ingressu lecti patiens de ea capiat decem

cochlearia.

Recip. Aquæ fontis claræ lib.i.mellis albi unc.ij.bul= liant usque ad perfectam mellis despumationem; deinde paulatim infundatur farina amidi, paulatim aquam sic bulliendo, & eam aquam ducendo, quousque deueniat aqua ad succi densitatem.

Ad idem, pro tussi frigida sequens purgatio eam curat. Pro digestione materiæ primò.

Recip. Syrupi de hyssopo, syrupi de glycyrrhiza, mel lis rosati colati ana unc.s. aquarum capillorum ueneris, ungulæ caballinæ, betonicæ ana unc.i.misce pro una uice. quo syrupo continuato per septem dies, capiat patiens infrascriptam medicinam.

Recip.

Recip. Electuarij de casia unc. i. penidiarum unc.s. agarici præparati drach.i. misce, er dissoluantur cum aqua decoctionis glycyrrhizæ, er iniubarum quantum sufficit.

Ad idem, expertum est sequens medicamen

sum per uiam suffumigij.

Recip. Aquæ limpidæ lib.i.masticis drach.i.s. thuris drach.ij.puluerizentur puluerizanda, & cum aqua mizficeantur, & bulliant ad ignem lentum; & cum erunt in forti ebullitione, ab igne detrabantur: demum cum emzboto paties capiat fumum illius aquæ per os, quousque effumabitur aqua. Si uerò materia sit multum frigida, fiat ebullitio harum rerum in uino albo odorifero.

Ad idem, expertum est conditum sequens, si patiens per duas horas ante prandium co-medat unciam unam; & in ingressu lecti un-

ciam aliam illius conditi.

Recip. Pinearum mundatarum, amygdalarum dul= cium mundatarum ana unc. iij. penidiarum unc.vi. olei amygdalarum dulcium recentis unc. ij. sacchari quan= tum sufficit; of siat in forma electuarij.

Adidem, expertum est sequés electuarium,

si æger in ore lambendo ipsum teneat.

Recip. Diapenidionis sine speciebus, loch sani, & exaperti ana unc.i. penidiarum unc. ij. syrupi de hyssopo quantum sufficit ad incorporandu, & siat electuarium.

Ad idem, mirabiliter cofert assumptio unius unciæ cum dimidia sequentis aquæ in ingressu

lecti, & per tres horas ante prandium.

Recip. Agarici optimi, & electi drach ij bulliant in libra una aquæ limpidæ usque ad consumptionem medie

F iij tatis;

tatis; deinde coletur aqua, o de colatura dabis unciam

unam cum dimidia patienti, modo dicto.

Ad idem, & in omni ætate est expertum, tam in pueris, quam etiam in senibus, dare patienti tussim frigidam, cum ibit dormitum, piasulam unam de sequentibus pilulis quolibet uesperi.

Recip. Agarici præparati drach. ij. thuris drac.i.s. puluerizetur thus, & cum succo de hyssopo, & cum agarico commisceatur, & siant pilulæ numero.x.qua=

rum unam capiat patiens modo dicto.

Adidem, expertum est, optime ualere, si patiens frequentet lambitionem sequentis aquæ calidæ.

Recip. Thuris, masticis, and drach.i.s. amidi, glycyrerbize, passularu enucleatarum and unc.s. radicum enueleunc.i. bulliant in sufficienti quantitate aque usque ad consumptionem tertie partis; deinde colentur, co colatura usui seruetur.

Ad idem, expertum est, omnem administrationem olei amygdalarum dulcium recentis per os multum conferre, & præcipuè, si oleum

condiatur modo sequenti.

Recip. Olei amygdalarum dulcium unc. vi. sacchari optimi dissoluti in aqua ungulæ caballinæ quatum sufæ sicit: of siat iulep: de quo patiens pluries in die lamben do capiat cochlearium unum: de quo etiam patiens free quenter capiat in suis ferculis.

Ad idem, optime ualet condimentum sequens assumptum, & loco cibi, & loco medi-

cinæ.

Recip.

Recip. Butyri recentis sine sale lib.i. uitelli ouorum recentium numero.iij. farinæ amidi unc.ij. sacchari disso luti in aqua uiolata unc.vi.misce, & optime conducanz tur, quousque siat condimetum gustui optimum. Si uerò præcedentia hæc non contulerint, consulo, tanquam se cretum experimentum, in sedatione tusis frigidæ à maz teria pituitosa, cautherizare crus dextrum insra genus in parte syluestri per quatuor digitos inter duos mue sculos cruris, & optimu uidebis iuuamentum.

Ad idem, per ea, quæ extrinsecus applicantur, ualet unguentum sequens : cum quo cali-

do torum pectus inungi deber.

Recip. Butyri antiqui sine sale, olei amygdalarum dulcium, olei lilioru alboru ana unc.i. mucillaginis semi num altheæ, mucill seminu maluæ.ana unc.s.croci scrup. s.misce, et cum modico cæræ siat unguentum. Et hæc de tußi calida, er frigida.

DE PASSIONIBUS CORDIS, SCILIS
CET DE TREMORE, SALTV, ET PVL

Su cordis, Cap. xviil.

D CORDIS passionem, et præcipue cum in patiente fuerit antiqua, infallibile, co expertum est remedium (cum ipsa ægritudo ut plurimum sit diuturna) facere phlebotomiam ex bassis appositifateris hujusmedt expritudinem ex toto

silica oppositi lateris, huiusmodi ægritudinem ex toto curare, dum observetur corporis lenitio, & evacuatio ante phlebotomiam faciendam cum sequenti medi ina.

Recip. Diacatholiconis drach. vi. confectionis Hamec drac.ij.s.misce, & siat potus cum aqua buglossa. Se= F iiij quenti

quenti uerò die fiat phlebotomia modo dicto. Si uerò patiens omni anno utatur prædicta phlebotomia, certe

nunquam cardiacam passionem percipiet.

Ad ideni, expertum & in præseruatione à cardiaca passione, & in curatione præsentis cardiacæ, digerere materiam cum sequentis y rupo, & euacuare cum infrascripta medicina, patiente sanari à tali affectione. Syrupus ad cardiacam passionem talis est.

Recip. Syrupi de corticibus citri, Syrupi de pomis dulcibus ana.drach.vi.syrupi de epithymo drach.ij.aqua rum tormentillæ, dictami albi,buglossæ ana unc.i. misce pro una uice. Continuato Syrupo per septem dies,octa

ua die patiens capiat infrascriptam medicinam.

Recip.Floru, buglosse, borraginis ana.M.i.folliculorus senæ, polypodij quercini ana drach. ij. myrobalanorum Indorum drach.i.bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis; deinde colentur, co cum colatura dissolue diasenæ lenitiui drach.vi.Reubaræ bari subtiliter puluerizati drach.i. s.misce, co patienti potus exhibeatur in diluculo. Facta phlebotomia pri= ma, co ipsius alui purgatione, ad passionem cordis scias mirabiliter conferre apertionem hemorrhoidarum qua ter in anno, secundum diuersitatem quatuor temporum: co in tali apertione hæmorrhoidarum in passionibus cordis semper bene me habui.

Ad idem ualet, & experta est sequens confectio, si ante prandium capias per tres horas.

Recip. specierum pliris arcoticon, specierum letifică tis, specierum tria sandalorum, specierum aromatici ga riofillati ana drach.i. sacchari albissimi dissoluti in aqua buglossa buglosse quantum sufficit, & fiat confectio in rotulis duarum drachmarum pro qualibet, & patiens capiat unam; superbibendo unciam unam uini maluatici.

Ad idem, experta est sequens mistura mul-

tum ualere in passionibus cordis.

Recip. Diaborraginati unc. iiij. diabuglossati, sacchari rosati ana. unc. ij. conseruæ acetositatis citri unc. i. coraz liorum rubeorum, been albi, or rubei, ossis de corde cerz ui ana drach. i. puluerizentur puluerizanda, or cum syz rupo de pomis dulcibus siat mistura; de qua patiens capiat per duas horas ante cibum dimidium unciæ; or ante cænam per duas drachmas. or scias, in omnibus passionibus cordis ualere banc misturam; or etiam in febribus.

Ad idem, & est secretum in passionibus cor dis, & maxime in mulieribus, quæ ex consue-

tudine cadunt in talem passionem.

Recip. Corticum citri exiccatorum, zedoariæ, doroznici, calami aromatici ana drach.i. cardamomi drach.s. Radicum buglossæ exiccatarum drach. ij. musci sini scrup.s. epithymi drach.s. puluerizentur omnia subtilise sime, et siat puluis cribellatus, de quo puluere patiens ca piat in diluculo drachmam unam omediam, dissoluto in aqua tormentillæ; in uesperi uerò, cum ibit dormitum, drachmam unam dissolutam in eadem aqua: omediam ante septimum diem curari à passione cordis.

Ad idem, confectio hæc sequens mirabilis est, ualens quoque in debilitate uirtutis, propter febres incensiuas: & optima hæc est confectio in tempore pestilentiæ, & in febribus

pestilentialibus.

Recip. Cinnamomi electi drach. ij. macis drach. s. hya cinthorum, smaragdorum, rubinorum ana drach. s. mar=garitarum perforatarum et no perforataru ana. scrup.
i. auri subtiliter puluerizati, argenti subtiliter pulueri=zati ana drach. s. omnia insimul subtiliter puluerizetur crum saccharo optimo dissoluto in aqua rosata siat confectio in rotulis duarum drachmarum pro qualibet.
uidi enim cum hac confectione multa corporatema pore pestilentiæ suisse conservata.

Adidem, & est secretum, cum quo in pas-

sione cordis semper bene me habui.

Recip. Succi buglosse ad ignem depurati unc.ij. sace chari albissimi drach.ij.misce, & tepidum quolibet die in ingressu lecti patiens bibat; non transibunt decem dies, quòd patiens curabitur à cardiaca passione.

Ad idem: & est expertum, quod si patiens cardiacam passionem à qualibet causa, capiat infrascripti iulep ter in die uncias quatuor, sa-

nabitur ab huiusmodi passionibus.

Recip. Radicum tormentillæ, radicum dictami albi ana unc.s. florum buglossæ, borraginis ana unc.i. osis de corde cerui, been albi, & rubei ana.drach.ij.coraliorum rubeoru, seminum rosarum rubearu, doronici, zedoariæ ana drach.i.s. granoru citri, granoru paradist ana drach. ij.s. hyancithoru, smaragdoru, utriusque margaritarum ana drach. i. bulliant omnia in libris decem aquæ usque ad consumptionem medietatis; deinde colentur, & colaturæ adde uini granatorum muzorum unc.x. succi pomo rum dulcium unc. vi. iterum bulliant unica forti ebullitione, & cum saccharo quantum sufficit, siat iuleb lone gum; & aromatizetur secundu totum sequenti puluere. Recip.

Recip. Cinnamomi electi, macis, folij ana drach. i. musci optimi scrup.i.ambræ grisiæ drach.s.puluerizetur subtiliter, so ligentur in petia subtili munda cu silo, so ponantur in uase ad medium iulep, so tandiu permanez ant in eo, quamdiu ex toto bibentur pulueres. so scias illud esse mirabile in præseruatione à peste, si patiens in diluculo capiat ipsius iulep quatuor uncias; in meridie, so in ingressu lecti totidem.

Adidem.

Ad passionem cordis, per ea, quæ extrinsecus appliæ cantur, expertum est in hora, qua affligitur patiens, apa ponere uentosam de directo cordis, ipsam derelinquere per horam, esse notabile remedium, es præsentaneum.

Ad idem, manc, & uesperiante cibu, siue dolor adsit, siue non, ipsius cordis sequens epithe ma multum conferre, inventum est experictia.

Recip. Aquæ rosatæ, aquæ borraginis, aquæ melissæ, aquæ acetose ana unc. vi. sandalorum alborum, rubeoru, seminum rosarum rubearum ana drach.i. s. ligni aloës, osis de corde cerui, cornu cerui usti ana drach.i. coralioa rum rubeorum, been albi, & rubei ana drach. s. slorum buglossæ, borraginis ana M.i. bulliant insimul, pulueriæ zatis puluerizandis, usque ad consumptionem tertiæ partis aquæ; deinde adde uini maluatici optimi unc. iij: aceti optimi albi unc. ij. croci scrup.i.misce, & cum sina done de grana mane, & uesperi ante cibum epithemate calido somentetur cor.

Ad idem, secretissimum unguetum est, cum quo mane, & uesperi ante cibum debet inungi tota regio cordis, & hoc unguentum inuentum est pro pauperibus, quibus non est copia

coemere

coemere epithemata.

Recip. Olei nenupharis citrinæ unc. iij. pulueris flos rum nenupharis citrinæ drach.ij. sandalorum rubeorum, coraliorum rubeorum, seminum acetosæ ana scrup.i. margaritarum, ligni aloes, ossis de corde cerui ana scrup. s.camphoræ gran.iij.ceræ albæ lotæ cum aqua nenupharis citrinæ quantum sufficit: puluerizatis puluerizandis, fiat unguentum molle. Et nota, quòd præsens unguentum, or dictum epithema ualent in febribus intensiuis, et in alijs, quibus iungitur debilitas in uirtute.

Ad idem secretum est, & mirabile, & expertum; ualens admodum in pestilentia, & in præseruatione, & in curatione, cum applicueris cor di mane, & uesperi sequente mixturam, & co-

tinuc ipsam deferes.

Recip. Theriacæ optimæ unc. i. succi limonis unc. s. eroci scrup.i.utriusque margaritarum, coraliorum ru=beorum, seminum acetosæ ana drach, s. camphoræ gran. ij. misce, co omnia insimul bene ducantur cum duobus, uel tribus guttis uini albi odoriferi, quousque siat linimen=tum; cuius linimenti quantitas extendatur super sindo=nem sericam chermesini, co calidum cordi applicetur.

Ad idem, inuentum est sacculum infrascriptum cardiacæ passioni multûm conferre, si

continue patiens ipsum ferat supra cor.

Recip. Florum borraginis, buglosse ana. M.s. seminum citri, seminum acetose ana drach. ij. folij drach. s. cora liorum rubeorum, seminum rosarum rubearum, been al bi, corubei ana drach. i. omnium fragmentorum scrup.i. utriusque margaritarum ana drach. s. doronici, zedoa ria, calami aromatici ana drach. i. s. osis de corde cerui,

cornu

cornu cerui usti, ligni aloes ana drach. i. musci optimi, ambræ optimæ ana scrup. i. puluerizentur omnia subtia lisime, er ex prædicto puluere siant duo, uel tres saccuali ad magnitudinem cordis, qui sacculi antequam cordi apponantur, continue suffumigentur cum uino albo odorifero.

Ad idem, experimentum mirabile, & præcipuè ualet pueris hora, qua patiuntur uermes.

Recip. Aloes hepatici unc.s. croci scrup. i. succi citri drach.ij.uini albi odoriferi drach. i. omnia insimul bene misceantur, er extendatur hec mixtura super petiam, et cordi applicetur.

Aliud contra uermes puerorum.

Recip. Farinæ lupinorum amarorum, aloes hepatici, ana drach.iij. succi absinthij drach.ij .omnia benë simul misceantur, et extendatur hæc mixtura supra petiam, es umbilico puerorum applicetur.

DE DOLORE STOMACHI, Cap.xix.



I DOLOR stomachi proueniat à causa calida, cuius signum erit stomachi inflam= matio,dolor acutus, & pungitiuus, amaritu=

do oris & uomitus cholericus; tunc expertum est, medici nam sequentem curare dolorem stomachi.

Recip. Reubarbari electi drach.ij.spicæ gran.x. diaz catholiconis drach.vi.electuarij rosati Mesue drach. iij. misce, er siat potus cum decoctione communi storum, er sructuum, qui exhibeatur patienti in diluculo; er hæc medicina excusabit medicum à multo labore in auferendo dolorem stomachi à causa calida.

Ad idem,

Ad idem, compertum in dolore stomachi, & si dolor proueniat à uehementia sebris, proper causam calidam assiduam, ante aduentum doloris per unamhoram sequentem potionem mirabiliter conferre.

Recip. Medullæ panis furfuracei unc.ij. superaspere gătur uini granatoru musoru, aquæ plătaginis ana unc. iiij. facta forti expressione, detur tale uinum mixtum cu aqua, patienti: uidebis mirabile experimentum in do=

lore calido stomachi.

Ad idem; experientia compertum est sequentem purgationem cum digestione materiæ curare dolore stomachi à causa calida. Syrupus, quem debet continuare per septem dies, talis est.

Recip. Syrupi acetositatis citri, syrupi rosati ana drach.vi.syrupi de absinthio drach. ij.aquarum acetosæ, cichoreæ, buglossæ ana unc.i.misce, octavo uerò die capiat

infrascriptam medicinam.

Recip. Floris casiæ nouiter tractæ unc.i.reubarbari electidrach.ij.spicæ gran.x.reubarbarum cum spica sub= tiliter incidatur, co cum modico uini albi odoriferi irro retur, co misceatur cum casia, co siat bolus cum saccha= ro: qui exhibeatur patienti in diluculo.

Ad idem, in dolore stomachi à causa calida, ualet sequens mixtura : cuius cochlear unum detur patienti manè, & uesperi ante cibum per

unam horam.

Recip. Diacitoniten sine speciebus cum saccharo unc.

ij. sacchari rosati, conseruæ acetositatis citri ana unc. i.

misce cum syrupo de absinthio, er siat electuarium mol
le. Si

le. Si uerò ægrum dolor plurimum infestaret, sicut plerunque contingit in sebribus cholericis, ut nimio do lore æger quasi syncopizet, expertum est, esse optimi iuuamenti phlebotomare basilicam lateris dextri; quæ mirabilis est in forti dolore non tantum stomachi, sed omnium membrorum naturalium. Et nota, quòd dato urinam non ostendere de sienda phlebotomia; debes tamen tu regulariter à forti dolore à causa calida, esse pro nus ad faciendam phlebotomiam. Si uerò dolor fortis adhæret à causa calida; qui nec sedari posset phlebotomia, nec prædictis remedijs, consulo, tanquam expertu, es securum, patientem capere sequentem bolum in qua cunque hora doloris.

Recip. Electuarij de succo rosarum Nicolai drach.iij. philonij Romani scrup.ij.misce, or siat bolus; ex quo ui=

debis cito notabile iuuamentum.

Ad idem, expertum est sequens remedium, & est multum esticax quando cogetur medicus succurrere fortissimo dolori; cui alia remedia non attulerint iuuamentum.

Recip. Syrupi rosati, syrupi de absinthio ana unc.i.s. opij gran.i.misce, bulliant unica leui ebullitione, dein de ipso permixto cum tribus uncijs iuris pullæ, dabis pa

tienti in potu.

Ad idem, per ea, quæ extrinsecus applicantur optime expertum est in hora doloris apponere uentosam super regionem hepatis; & uidebis dolorem sedari, quia ut plurimum pro uenit à cholera demandata ab hepate ad stos machum.

Ad idem, multum ualet, fomentare stoma-

chum cum sequenti sicca somentatione: & plus

Recip. Rosarum rubearum, florum camomillæ, absinathij, menthæ ana. M. i. irrorentur cum uino albo tegulæ ignitæ: & prædictæ herbæ simul super ipsas calesiant, et stomacho sæpius applicentur.

Ad idem, & precipue, quando dolor in febrie eibus corporibus reperitur, ualet sequens un guentu; cum quo mane, & uesperi ante cibum

totus fromachus debet inungia la hand torada

Recip. Olei citonioru, olei rosati, olei absinthij ana unc. s.coraliorum rubeorum drach.i. ligni aloes drach.i.s.ce= ræ quantum sufficit, fiat unguentum molle.

Ad dolorem uerò stomachi à causa frigida, uel à uens tositate, cum ab ea, ut plurimum, stomachi dolor proue niat, primò expertum est, quòd medicus antequam sez quatur illius curationem, debet præmittere sequens elystere.

Recip. Mercurialis, foliorum maluæ, florum camo= millæ, absinthij, menthæ, ana M.i. furfuris großi ligati in petia M.ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæusque ad consumptionem medietatis; deinde colentur, or de co= latura accipe libram unam, benedictæ unc.i.s.uitelli oui numero.i.misce, or inijciatur clystere, stomacho ieiuno.

Sequenti uerò die experientia compertum est, sequen tem medicinam curare dolorem stomachi frigidum, uel

uentosum.

Recip. Agarici electi drach. ij. ligetur agaricus in petia, o bulliat in sex uncijs aquæ claræ usque ad cone sumptionem medietatis; deinde facta forti expressione, coletur aqua; o cum prædicta colatura dissolue diase.

næ

næ lenitiui drach. vi. floris cassiæ nouiter tractæ unc. s.
et siat potus; qui exhibeatur patienti per duas horas ana
te lucem. Sequenti uerò die optimum remedium erit,
digerere materiam per sex dies continuos cum sequena
ti syrupo.

Recip. syrupi de absinthio, de metha, mellis rosati co lati ana unc. s. aquarum sceniculi, absinthij, cicoreæ ana unc.i.misce, septima uerò die capiat patiens per hora ana te lucem infrascriptas pilulas.

Recip. Pilularum alephanginarum, masticinarum Conciliatoris, Agarici trochiscati ana scrup. i. misce cum syrupo de mentha, er siant pilulæ numero quinque. Si uerò patiens dolore intensissimo infestetur, consulo, ut loco pilularum, dato etiam, quod non præcesserint syrupi, capiat infrascriptum bolum qualibet hora doloris: est secretum, er optime expertum.

Recip. Electuarij de dactylis unc. s. philonij Roma= ni scrup. iiij. misce, & siat bolus; ex quo uidebis ægrum citissime releuari à dolore cum purgatione uentris

## Adidem.

Est expertum in curatione doloris stomachi à causa frigida, es in præseruatione ab eodem, uti alternis die bus, antequam patiens capiat prandium, scrupulos duos pilularum de aloe loto.

Ad idem: & est optimum ualde, quolibet manè, & in curatione doloris, & in præseruatione ab eo, uti duabus uncijs infrascriptæ
potionis.

Recip. Aloes loti unc.s.mellis rosati unc.iij. bulliant induabus libris aquæ usque ad consumptionem medien tatis; deinde colentur, co colaturam patienti dato in di= luculo modo dicto. Mistra antendada sun autoq sun so

Ad idem: & est expertu, si patiens capiat de infrascripto electuario per duas horas ante cie bum ,manè, & uesperi unciam mediam.

Recip. Diagalangæ, diacimini ana unc. i. mithridati

optimi drach.i.misce, of fiat electuarium.

Adidem.

Expertu est, quòd si patiens capiat drachmam unam et mediam mithridati optimi in diluculo, or immediate superbibat haustum unum uini maluatici, confestim cu= rabitur æger à dolore frigido stomachi.

Adidem, ubi ex uehementia doloris necessio tas urgeret, expertum est hora doloris dare patienti infrascriptum bolum;nam subito rele-

uabiturà dolore.

Recip. Diagalangæ, diacimini ana drach. ij. philonij Romani drach.i.misce, of fiat bolus.

Adidem.

Vbi patientis uirtus esset fortis, experientia com= pertum est, dare patienti drachmas duas philonij Ro mani post uebementiam doloris, statim dolorem curare.

Adidem secretum est, & expertum, in hora doloris dare patienti infrascriptum potum; sta-

timés relevabitur patiens à dolore.

Recip. Aque destillationis camomille unc. v. nucis museatæ subtiliter puluerizatæ unc.s.misce,et calidus ta lis potus patienti exhibeatur. Dans cos de smorats

Ad idem, & maxime pro mulieribus patientibus dolorem fromachi per consensum à matrice: ualet quoque in uiris à causa frigida.

Recip.

Recip. Aquæ destillationis matricariæ lib. i. spicæ, squinanti ana drach.i. s. bulliant usque ad consumptio= nem medietatis; deinde colentur; de colatura quolibet mane in diluculo dabis patienti uncias duas.

Ad idem.

Est expertum, or secretum, quòd si patienti quolibet uesperi, in ingressu lecti dentur tria grana masticis ad transglutiendum, præseruat à dolore stomachi, atque ipsum curat.

Adidem.

Præcedente euacuatione compertum est omnes dolo=
res frigidos sanare aqua balnei porectani, si patiens,
stomacho iciuno, bibat illius aquæ tria bochalia; si uerò
non habuerit porectanam aquam, sciat omnes aquas
minerales, quarum minera est aluminosa, uel nitrosa,
uel sulphurea omnes stomachi dolores à causa frigie
da curare.

Ad idem, compertum est, sequentem somentationem dolorem stomachi efficacissimè curare.

0

Recip. Floru camomille, meliloti, menthe, pulegij, calamenti, abrotani, fœnugræci, seminum lini ana M.i. rosarum rubearum, spicæ, squinanti ana drach.ij. dauci, carui, anisorum, anethi, sæniculi ana M.s. galangæ, zeædoariæ ana drach.ij. garyophyllorum, nucis muscatæ, liægni aloes, macis, coraliorum rubeorum ana drach. i.bulæliant omnia in sufficienti quantitate aquæ, & uini albi odoriferi usque ad consumptionem tertiæ partis; deinde cum spongia infusa in prædicto liquore calido, mane, er uesperi ante cibum stomachus fomentetur; et immeædiate post somentationem sactam, quotidie ungatur sto

G ij machus

machus sequenti unguento.

Recip. Olei spicæ, olei masticis, olei absinthij ana unc.i.nucis muscatæ, ligni aloes, garyophyllorum, coraeliorum rubeorum ana drach.s. puluerizentur puluerizanda, o cum modico ceræ siat unguentum molle prostomacho.

Adidem, expertum est, fomentare stomachum manè, & uesperi, & in hora doloris mo-

do sequenti.

Recip. Olei de spica facti in duplici uase lib.i. & teapessate oleum, & cum lana succida infusa in prædicto oleo somentetur stomachus: & ultima uice relinquatur lana succida super stomachum ligata.

Ad idem, mirabilem effectum inuenies, si paz tiens continue portet super stomachu sequen-

tem sacculum.

Recip. Absinthij, menthæ, pulegij, calamenti ana M. s.nucis muscatæ, garyophyllorum, macis, ligni aloes ana drach.i. puluerizentur omnia subtiliter: & ex illis siat sacculus: qui anteaquam stomacho applicetur, suffumige tur cum uino albo odorifero.

Adidem, efficacius uidebis experimentum fi patiens suprà stomachum deferat continuè

sequens cærotum.

Recip. Masticis unc.iij.macis, garyophyllorum, cinanamomi electi, coraliorum rubeorum, seminum rosarum rubearum ana drach.ij.absinthij sicci, mentha sicca ana M.s. puluerizentur omnia subtiliter, cum succo absinthij densentur pulueres: demum cum modico oleo de mentha, cum cara, pice quantum sufficit siat carotum secundum artem: cuius caroti quantitas extendatur supra

pra corium, of stomacho applicetur.

Ad idem: & est secretum: & semper me bene reperi in curatione doloris stomachi in hora doloris, & etiam in præseruatione, si patiens quolibet mane ante prandium, stomacho ieiuno, capiat tria cochlearia sequentis misturæ.

Recip. Mellis rosati colati unc. vi. nucis muscatæ drach.i.s.aquæ uitis optimæ unc.ij. bulliant insimul usqs ad consumptionem aquæ uitis; deinde colentur; de co= latura patiens capiat modo dicto.

Ad idem: & est expertum, applicare stoma= cho patientis infras criptum remedium, dolo= rem stomachi curare.

Recip. Crustæ panis furfuracei numero .i. or superior, uel inferior pars torrefiat mediocri torrefactione; deinde cum uino maluatico calido madefiat talis crusta panis, or eidem super aspergatur puluis sequens.

Recip. Masticis, garyophyllorum, nucis muscatæ ana drach.i.macis, cinnamomi ana drach. s. puluerizentur subtiliter, of siat puluis. ouidebis ex hoc experimento calido, stomacho applicato, qua celerrime dolore sedari.

Ad idem, est optime expertum, præcipue in pueris, & infantibus patientibus dolorem stor machi, cuius signum erit infantium eructuatio, & uomitus.

Recip. Medullæ panis furfuracei unc.iiij. torrefiant: demum subtiliter puluerizetur: cui adde succi absinthij, succi menthæ ana quantum sufficit ad incorporandum pulueres: quibus addatur nucis muscatæ drach. i. hisq; omnibus mistis siat uti unguentum: quod, applicatum stomacho, dolorem sedat, uomitum retinet, singultumq;,

G iij O

& eructuationem tollit.

### DE APOSTEMATE STOMA

et mant aute pranding, Romacho icius PRINCIPIO generationis apostema= tis stomachi, præcedente uentris lenitione inuentum est, phlebotomiam basilica lateris

dextri prohibere ipsius generationem, si quidem phlebo tomia fuerit copiosa usque ad sex uncias sanguinis : se= quenti uerò die compertum est, appositionem sanguisu= garum hæmorrhoidibus maxime conferre prohibitioni generationis apostematis stomachi.

Ad idem.

Experientia compertum est, prohibere generationem apostematis Romachi asidue uti in prandium, & ante cœnam immediate uncia media floris casia noui= ter tractæ: imò dico tibi, quòd qui utetur tali assumptio ne casia, præseruabitur ab omni mala stomachi affe= ctione.

#### Ad idem.

Compertum est per experientiam, quod patiens ti= morem generationis apostematis, si frequentabit quoli= bet mane masticare drachmam media reubarbari electi misti cu duabus drachmis passularu enucleataru, mani= feste dignoscet prohibitionem generationis apostematis o cuiuslibet affectionis ipsius stomachi.

Ad idem, siapostema generatum in stomas cho essetà causa calida, à principio frequentare sequentem potum, prohibet generationem ip sius apostematis tum repercutiendo materias

è froma-

èstomacho, tum prohibédo fluxum ab hepate ad stomachum.

Recip. Aquæ plantaginis, rosatæ, acetosæ ana lib.s. succi acetosæ, succi plantaginis ana unc.iij. sandalorum rubeorum, alborum, ana drach.ij. rosarum rubearum, granorum myrti ana unc.s.bulliant simul usque ad consumptionem medietatis aquæ: deinde coletur aqua er colaturæ adde uini granatoru acetosorum lib.i.iterum bulliant leui ebullitione, er cum sacchari quantum sufsticit siat iulep: de quo patiens frequenter in die capiat duo, uel tria cochlearia

Ad idemin materia calida, cofert assumptio

Recip. Aceti passulati lib. i. sacchari albi lib.s. bulliant adinuicem, quousque efficiatur forma iulep. Et nota, quod ubi materia esset fluxa ad stomachum, quod dignoscemus dolore forti, er tumore ad tactum apparenti, et grauedine in stomacho, existetibus omnibus bis remedia prædicta non sunt conferentia: quia illis coma pingeretur materia in loco : er effet causa citisime ges nerationis apostematis. Si uerò transactum fuerit prin cipium generationis apostematis stomachi, er simus in augumento ipsius; quod prædictis signis dignosceretur, tunc temporis tu indiges euacuatione, er digestione ma terie; quoniam tui intentio est semper probibere factio nem apostematis, atque eius magnificationem. Facta igitur prædicta phlebotomia, ad apostema stomachi in= uentum est, digerere materiam sequenti Syrupo, es eam euacuare sequenti medicina multum conferre. Syru= pus talis est.

Recip. Syrupi de duabus radicibus, uiolati, mellis ro-

sati colati ana unc. s. oximelis simplicis drach.ij. aqua= rum fœniculi, absinthij, capillorum ueneris ana unc.i.mi sce pro singulis sex diebus. Sequenti uerò die id est se=

ptima, capiat patiens infrascriptam medicinam.

Recip. Mannæ granatæ electæ unc. ij. s. reubarbari electi drach.ij. fbicæ gra.x.misce, of fiat potus cum de= coctione communi florum, of fructuum; qui potus detur patienti in diluculo. Et aduerte, quod in dispositionia bus stomachi, or præcipue in apostemate, non debes transcendere medicinam benedictam; quoniam medicinæ laboriofe, of scammoneate ultra boc, quod agitant cor= pus, or membra, conducunt materias ad locum apostes matis; or ideo ipsum augmentant:iccirco caue ab exhibitione pilularum, or quorumcunque soluentium in sto macho diu morantium. quapropter cassia fistula est sublime remedium in quocunque tempore apostematum Stomachi. Facta euacuatione, tui intentio debet effe ad resolutionem materiæ facientis apostema. o ad hoc experientia inuentum est, quod si patiens capiat, stomacho ieiuno, quolibet mane drachmam unam sequentis pulue. ris cum iure pulla, resoluetur materia faciens apostema.

Recip. Praßij sicci, absinthij sicci, menthe sicce and drach.i. galangæ, ligni aloës ana.drach. s.mifce, or fiat puluis subtilissimus; or qui patienti detur modo dicto.

Ad idem, compertum est multum conferre, si patiens frequentet misturam sequen tem, sto. macho ieiuno manê, & uesperi.

Recip. Diagalanga unc.i. aromatici rosati unc.i.s.tria fandalorum unc. s. penidiarum ad pondus omnium, mi= sce, cum syrupo de mentha fiat electuarium.

## nuck mujente, liqui al, me bi bA in llorie que de sele. ij.

Est bene expertum, si patiens capiat in diluculo quolibet mane uncias sex aquæ destillatæ camomillæ; curari ab incepto stomachi apostemate.

Ad idem, sublime remedium est sequens cho mane, & uelpen palt practite muribnos

Recip. succi enulæ depurati unc. iiij. su cci absinthij nouiter facti unc.ij. sacchari quantum sufficit, o fiat ad modum loch, or exhibe atur patienti modo dicto, fci

licet mane, or uesperi ante cibum.

Ad idem, compertum est experientia, quod si patiens tribus diebus continuis stomacho ieiuno capiat infrascriptum potum sanabitur ab apostemate stomachi, ubi tentamus materiæ resolutionem.

Recip. Aquæ camomillæ, endiuiæ ana unc.s. aquæ opti

mæ ardentis drach.i.misce, of fiat potus.

Adidem: & est expertum, & optimum, dare patienti per sex dies continuos stomacho ieiuno infrascriptum potum: multum enim ualet in resolutione apostematis stomachi.

Recip. Vini maluatici unc.s. aquæ endiuiæ drach. ij. olei uitrioli Romani guttas duas :misce, co detur pae tienti modo dicto. inaggar ant anad surest cons

Ad idem, intentione habita ad resolutionem apostematis stomachi, per ea, quæ exterius applicantur, expertum est sequentem fomentationem multum conferre, fromacho applica= tam mane, & uesperiante cibum.

Recip.Florum camomillæ, meliloti, anethi, fænugræ= ci, seminum lini ana M. s. absinthij, menthæ ana M. i.

nucis

nucis muscatæ, ligni aloes, garyophylloru ana drach.ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad confumptione tertiæ partis, deinde cum spongia fomentee tur stomachus.

Ad idem: & est expertum, applicare stomacho mane, & uesperi post prædictam somentationem, sequens unguentum, bene conferre.

mucillaginis seminis lini ana drach. i. olei specæ, olei absinthij ana unc. s. garyophyllorum, macis, nucis muse catæ ana drach.i. puluerizentur puluerizanda, er cum modico cæræ siat unguentum molle.

Ad idem, & est secretum mirabile, applicare stomacho etiam apostemato sequens empla-

ftrum, notabiliter conferre. madinilola acit.

Recip. Mellis albi lib.ij.absinthij uiridis unc. s. radi=
cum altheæ unc.i. s.omnia insimul bulliant usque ad eo=
rum perfectam decoctionem; deinde adde farinæ fænu=
græci, farinæ seminum lini ana. p.i.olei absinthij quan=
tum sufficit ad impinguandum emplastrum; quod sto=
macho apostemato applicetur continuè, mane, & ue=
sheri mutando.

" Ad idem: & est expertum, & secretum, cum

quo sæpius bene me repperi.

Recip. Terbentinæ lib.ij. succi absinthij, succi altheæ ana unc.iiij.butyri recentis unc.i. croci drach.i. olei ab=sinthij unc.ij. misce. & unica bullitione bulliant; deinde cum siltro madesacto cum prædicto liquore calido, ma=nė, & uesperi somentetur stomachus: & subitam mate=riæ resolutionem uidebis.

Ad idem, & est expertum.

Recip. Emplastri de meliloto lib.i.olei amygdalarum dulcium lib.s.croci drach.i.misce, es iuxta ignem lique fiant, es cum lana succida madefacta in prædicto liquo re calido, mane, es uesperi apponatur ipsi stomacho.

Adidem.

Sæpius per me expertum, et bene successit in aposte mate stomachi, quolibet mane per septem dies dare, stomacho iciuno, drachmas duas terbentinæ lotæ cum aqua absinthij; et immediate stomacho applicare sequens cærotum.

Recip. Hyssopi cæroti unc. i. emplastri de meliloto unc.s.olei amygdalarum dulcium unc.i.misce, exten= datur super petiam, ex calidum stomacho applicetur.

Si uerò prædictis ingenijs noluerit apostema stomachi obedire resolutioni, cuius signum erit doloris augmen=tum, tumoris incrementum, or gravitas admodum auæ cta; tunc debet medicus sequi suppurationem intentam à natura; ad cuius apostematis suppurationem expertum est sequens emplastrum multum conferre.

Recip.Radicum ireos unc.ij. foliorum maluæ cum ra dicibus, uiolariæ ana. M.i. radicum altheæ mundatarum, er minutim incifarum unc.iij. florum camomillæ, melie loti ana. M.i. bulliant omnia in sufficieti quătitate aquæ ad consumationem duarum tertiarum, deinde adde farie næ frumenti M.i. farinæ fænugræci, farinæ seminum lie ni ana M.s. pinguedinis porci, butyri recentis ana unc.i. lactis uaccini unc.ij. olei amigdalarum dulciu, olei camo millæ ana quantum sufficit ad impinguandum emplaftru: quod supra apostema stomachi continuò deferatur.

Adidem, optime expertum est in maturario

ne apostematis stomachi.

Recip. Diachilonis magni drach.ij. unguenti molliti= ui unc.i.mucillaginis altheæ, maluæ ana unc.i.mucillagi= nis caulium unc.iij.croci drach. i. misce, & iuxta ignem omnia bene liquesiant; & filtrum madesactum în illo li= quore applicetur stomacho pluries in die.

Ad idem, citam inuenies apostematis stoma chi maturationem, si quater in die naturali ei

applicaueris sequens remedium

Recip. Farinæ frumenti lib.i. fermenti unc.ij. aquæ fontis lib. i. olei amygdalarum dulcium unc. iij. croci drach.ij.misce, apud ignem bene ducantur, quousque siat ueluti unguentum; ipsum extensum super lanam succidam, uidebis optimam apostematis stomachi maturatione. quo apostemate maturato; quod dignosces per decrementu tumoris, doloris, or grauitatis membri, cum apparentia molitiei ad tactum in loco doloris; tuc debes procurare ipsum apostema disrumpi, disrumpitur apostema pluribus ingenis.

PRIMV M ingenium est, præcipere patienti, ut for = ti motu moueatur; quo anhelitus augeatur, et adausta ne cessitate euentationis, pelliculæ stomachi extendatur, &

apostema disrumpatur.

SECVNDVM ingenium est, ut facta fricatione forti cum manibus, stomachus fricetur, or apostema disrumpatur.

TERTIVM ingenium est, prouocatio sternutatio= num frequentium cum pipere, pirethro, nigello, uel Elle= boro albo.

QVARTVM ingenium est, fortis uociferatio.

Q VINTVM ingenium est, applicatio sequentis emplastri

emplastri ipsi loco apostematis.

Recip. Farinæ orobi, frumenti ana M. i. fermenti unc. s. saponis gallicani drach. ij. stercoris columbini unc.s.olei de castoreo, de euph orbio ana drach. ij. misce omnia, er iuxta ignem bene ducantur, quousque fiat forma emplastri; quod stomacho calidum applicetur, et mutetur per spatium decem borarum; o difrumpetur apostema sine dubio. Disrupto autem apostemate; quod utique cognoscitur per exeuntia mutata, per uria nam subalbidam, or turbulentam, or per exeuntia per secessium sanguinolenta, saniosa, es per uomitum san guinolentum, of saniosum; tunc repente tui intentio sit, mundificare ulcus, ne profundetur, of stomachi tunicas penetret:ideò patienti iubebis, ut decies in bora capiat baustum unum sequentis aquæ tepidæ.

Recip. Aque hordei facte cum hordeo non scortiz cato lib. ij. mellis rosati unc. iij. misce, et bulliant unica bullitione, et usui patieti detur: et sic mundificato, et ab= sterso optime ulcere, natura ipsum consolidabit, st DEV s

uoluerit.

N,

0

DE VOMITY, Cap.xxI.



D VOMITVM cholericum, qui cogno scitur ab exeunte mutato, quod est, cholera cuiuscunque modi, or qualitatis fuerit;

expertum est sequens medicamentum multum coferre.

Recip. Floris casia nouiter tracta unc.i.reubarbari electi drach. ij. spicæ gran. x. Reubarbarum cum spica subtiliter incidatur, co cum modico uini albi odoriferi irroretur; dissoluantur omnia cum decoctione comu= ni florum, of fructuum quantum sufficit. o exhibeatur

patienti

patienti per horam ante lucem. and cool adischaldens

Ad idem, expertum est, post euacuationem, mane, & uesperi ante cibum dare patieti uncia unam sequentis liquoris: & uidebis mirabilem effectum in sedatione uomitus cholerici.

Recip. Succi citoniorum lib.i.coraliorum rubeorum, seminum rosarum rubearum ana drach.i.hypoquistidis, acatiæ ana drach s reubarbari electi drach i omnia con tundenda contundantur grosso modo, er cum prædicto succo bulliant usque ad consumptionem tertiæ partis fucci, deinde coletur, o colatura ufui referuetur mo= do dicto. Et scias, hoc remedium esse secretum in cura= tione dysenteria.

Ad idem, optime expertum est: & præcipuè si uomitus fuerit periodicus: dare patienti per hora ante accessum uomitus, uelin hora uomi

tus, infrascriptum potum, & cibum.

Recip. Buccellam panis torrefactam; supra quam aspergatur uini granati acetosi unciæ quatuor.Comedat

patiens buccellam panis, or bibat uinum.

Ad idem: & est expertum, mirabiliter tollens uomitum cholericum, dare patienti manè, & uesperi, stomacho ieiuno unam de infrascriptis formulis.

Recip. Seminum acetosæ, plantaginis, portulacæ ana drach. i. granorum granatorum muzorum drach. i. s. hypoquistidos, acatia. hyssopi ana drach. i. s. specie= rum aromatici rosati scrup.ij.puluerizentur omnia sub= tilisime, co cum saccharo dissoluto in aqua rosata quan tum sufficit fiat confectio in rotulis drachmarum dua= rum pro qualibet.

Ad idem,

Ad idem, optime expertum est, inungere stomachum sequenti unguento, multum conferre in uomitu cholerico.

Recip. Olei citoniorum, rosati ana unc. i. absinthij unc. s. coraliorum rubeorum, rosarum rubearum ana drach.s.nucis muscatæ drach.i.puluerizentur pulueriza da, or cum modico cæræ siat unguentum molle pro sto= macho; cum quo mane, or uesperi ante cibum inungatur stomachus.

Ad idem: & est secretum in ablatione uomia tus, tă in sebrientibus, quàm in non sebrietibus à materia cholerica, dare patienti quolibet ma ne in diluculo infrascriptum potum.

Recip. Syrupi rosati de rosis siccis unc. i. s. aquæ plantaginis unc.iij.trochiscorum de spodio cum seminia bus acetosæ drach.i.puluerizentur puluerizanda, o mia sce pro una uice.

ue

ner

8

US

100

Ad idem: & est optimu, applicare stomacho sequens emplastrum.

Recip. Citonij cocti sub cineribus numero i. coraliorum rubeorum, rosarum rubearum ana drach. ij. puluerizentur puluerizanda; o omnia in mortario beneducantur, o contundantur, o cum modico olei rosati,
siat emplastrum, o calidum stomacho applicetur. Si
uerò uomitus qantum cunque cholericus ad modum
agrum infestaret, consentiente atate, o robore uirtu=
tis, consulo, ueluti remediu efficacissimum, secare uenam
basilicam dextram ipsius patientis, o extrahere ipsius
sanguinis uncias quatuor, uel quinque ad plus. Si uerò uomitus succias quatuor, uel quinque ad plus. Si uelancholica; quoniam uomitum cognoscimus ex exeunte ipso

te ipso mutato, quippe album, uel nigrum apparebit; tunc expertum est medicinam banc à principio mul= tum conferre.

Recip. Diasenæ lenitiui, diacatholiconis ana unc. s. epityhmi drach.i.s.agarici præparati scrup.ij.misce, & dissoluantur omnia cum decoctione communi slorum,

fructuum quantum sufficit.

Ad idem, mirabile est, & secretum in sedatione uomitus pituttosi, dare patienti infrascriptum condimentum quolibet mane stomacho ieiuno.

Recip. Vitelli oui cocti numero. i. thuris, masticis, ana scrup.i. puluerizentur puluerizanda, & pulueres

aspergantur super ouum, quod patiens bibat.

Ad idem, est mirabile, & expertum in uo= mitu frigido, & in curatione uentositatum stomachi, dare patienti manè, & uesperiante cibū tria cochlearia infrascripti codimenti.

Recip. Succi citoniorum lib.s.masticis,macis,garyo= phyllorum,nucis muscatæ ana drach. ij. coraliorum ru= beorum, rosarum rubearum ana drach. i. bulliant insi= mul usque ad consumptionem tertiæ partis succi;deinde coleur cum forti expressione, & colaturam usui reserva modo dicto.

Ad idem, expertum est, dare patienti quolibet mane ante cibum unam de sequentibus rotulis, multûm conferre in uomitu frigido.

Recip. Specieru diagalanga, specierum aromatici ro sati, specierum aromatici garyophyllati ana drach. i. sacchari dissoluti in aqua mentha quantum sufficit, siat confectio in rotulis duarum drachmarum pro qua= libet libet uice; & statim patiens post sorbeat haustum uie ni maluatici.

Ad idé ualet, quonia uomitus frigidus, est diuturnus morbus, ideo expertu est plurimum conferre, si patiens regatur digestione sacta in materia, & illius purgatione: continuet igitur, infrascriptum syrupum per septem dies continuos in diluculo bibitum.

2.0

Ü

0

12.

nas

cis,

201

UO:

mu

an-

nti.

70:

The

infi=

inde

cru4

100

DUS

10110

chi

heits

gua: Libet Recip. Oxymellis simplicis, syrupi de mentha, mellis rosati colati ana unc. s. aquarum sæniculi, bethonicæ, menthæ, ana unc.i.misce, or aromatizetur cum modico cinnamomi per noctem totam. octauo uerò die per duas horas ante lucem capiat infrascriptas pilulas.

Recip. Pilularum cochiarum, pilularum stomachae lium, elephanginarum ana scrup.i. diagridi gran.i.s. misce, er siant pilulæ numero v. corpore sic euacuato.

Ad idem, expertum est & secretum, dare patienti quolibet mane per septem horas ante cibum infrascriptum bolum.

Recip. Citonei cocti unc.i.s. theriacæ magnæ drach.
i.sacchari albissimi subtiliter puluerizati drach.ij.misce
of siat bolus, qui detur patienti per septem dies contie
nuos: of magnum uidebis iuuamentum in sedatione uoe
mitus frigidi.

Ad idem, expertum est & secretum, dare pa tieti quolibet mane per tres horas ante cibum uncias duas infrascripti potus.

Recip. Vini maluatici optimi unc. vi. garyophyllo=
rum,cinnamomi electi,nucis muscatæ ana drach.i.coria=
drorum præparatorum, seminum citoniorum, coralio=
rum rubeorum ana drach. s. bulliant usque ad consum=
b ptionem

ptionem tertiæ partis uini; deinde coletur, er colatura

usui seruetur modo dicto.

Ad idem, & est expertum, dare patienti immediate manè, & uesperi ante cibum, tria coclearia infrascripti liquoris multum conferre, dato etiam quod adesset sebris.

Recip. Miuæ citoniorum aromatizatæ unc.ij.syru= pi de mentha unc.i. misce, o detur patienti modo dicto.

Ad idem, experientia compertum est semper conferre, applicare stomacho patientis infrascriptum cærotum, & uidebis ægrotum repente re

leuarià uomitu frigido.

Recip. Masticis unc.iiij.olibani,macis, garyophylloz rum, nucis muscatæ ana drach.i.s. seminum portulacæ, coriandrorum præparatorum, seminum acetosæ ana drach.i. menthæ siccæ, absinthij sicci ana unc.s. pulucriz zentur omnia subtiliter; cum oleo de mentha densenz tur pulueres: cum pice, co cæra quantum sufficit siat cærotum; cuius quantitas sufficiens extensa super corium stomacho patientis applicetur.

Ad idem, & est expertum optime, si mane & uesperi immediate ante cibu detur patieti bis in septimana una de infrascriptis pilulis, mirabi

liter conferre.

Recip. Aloes loti drach.ij.masticis drach.i.zinziberis drach. s.diagridij scrup.i. agarici electi drach.i.s. misce cum syrupo de mentha; reformetur pasta pilularum. dosis est numero.i.ad quantitatem unius scrupuli. Quod si cum prædictis ingenijs non curetur uomitus frigidus, consulo, ut patiens bibat per aliquot dies aqua alicuius mineræ, uidelicet aquam sulphuream, uel alluminosam sez cundum

sundum modum, & formam exhibitionis huiusmodi aquæ. Et hæc de uomitu.

DE SINGVLTV,

和生

m=

rre,

itto.

per

licri

ere

1000

202,

614

KTE

fut fut

THE

ne 86

bis

irabi

beris

misce

Janq Ant

idas,

203

mfex

Cap.xx 11.

D SING VLTVM ortu ex repletione, compertum est multium conferre, si patiens capiat infrascriptas pi ulas bis in septimana. Recip. Turbith boni, gummosi drach. ij. aloes heapatici drach. i.s. zinziberis, salis gemmæ ana grana x. spetierum hieræ simplicis Galeni, drach. ij. agarici præparati scrup. iij. misce, es cum oxymelle simplici siat pasta pilularum, dosis est scrup. iiij. es ex his pilulis

Recip. Vini albi odoriferi potentis lib. i. galangæ fubtiliter puluerizatæ drach.i.misce, er siat potus, qui calidus patienti detur modo dicto.

Ad idem, expertu est in singultu optime ualere, dare paticti infrascriptum bolum per duas horas ante lucem.

Recip. Mithridati optimi drach. i. s. diagalangæ drach. ij. misce, of siat bolus; qui exhibeatur patienti, or immediate superbibat haustum uini optimi, or potentis.

Ad idem, compertum est, multum conferre sequetem mixtură, si detur patienti manc, & ue speri ante cibum per horam, ad quantitatem

b y nucis

nucis magnæ.

Recip. Diagalanga unc.i.s. diatrion pipereon unc. i. spetierum aromatici rosati drach. ij. misce cum syrupo de mentha; fiat electuarium ; quod exhibeatur modo dicto.

Ad idem, copertum est, semper coferre & cu rare singultum de repletione, somentare.s.sco-

machum cum sequenti fomento.

Recip. Macis, masticis, garyophyllorum, cinnamomi, nucis muscatæ, ligni aloes ana drach. ij. absinthij, methæ, pulegij ana M.i.squinanti,spicæ ana drach. ij. anisorum, coriandrorum præparatorum ana M. s. bulliant omnia in sufficienti quatitate uini rubei potentis, et etiam albi, omnibus subtiliter contusis, co cum panno scarlatino fo mentetur stomachus modo dicto.

Ad idem, expertum est & secretum, dare pa tienti quolibet mane per tres horas ante cibii, radicem unam zinziberis uiridis: & immediate super bibat duos haustus uini maluatici, & uide

bis ægrum citissimè curari.

Cap.xx111. DE DOLORE HEPATIS,



elowa

D DOLOREM hepatis à sola uentosi tate pendente, sublime remediu est per intus assumere infrascriptum electuarium mane,

o uesperi ante cibum.

Recip. Radicum galangæ, zedoariæ ana drach.ij.spi= cæ, squinanti ana drach.i. garyophyllorum, nucis musca= tæ ana drach.s.puluerizentur omnia subtiliter; & cum melle despumato quantum sufficit fiat electuarium.

Adidem,

Ad idem compertum est, somentum sequés soluere hepatis uentositatem.

·h

10e

Mi,

be,

Mi,

THE

ibi,

ofo

pa bii,

iate iide

111

ntofi

interior (Aller)

em,

Recip. Fænugræci, semi.lini, storum camomillæ, me= liloti ana.M.i.spicæ,squinăti ana drach.ij.bulliăt in suffi cienti quantitate aque usque ad consumptionem medie tatis; deinde cum spongia fomentetur hepar. Si uerò dolor hepatis fuerit à præsentia materiæ oppilantis uias hepatis, ut simus in cura doloris hepatis, per op= pilationem, sicut frequenter contingit hominibus exper tum est primo, phlebotomare basilicam lateris dex= tri; quoniam ea fit materiæ deriuatio ad aliud membru, er ideo extrahe sanguinis quantitatem usque ad sex uncias: est enim hæc phlebotomia optima cura op = pilationum hepatis. & principale remedium. Neque propter hanc curam uolo, ut in principio pleuritidis fiat phlebotomia ex eodem latere, quoniam in pleuritide ab alienis partibus fluctuant humores ad membranam sub= cingentem costas: oppilatio uerò & eius generatio in hepate plurimum fit ab humoribus genitis in eo : qua= propter in principio pleuritidis uti debemus reuulsio. ne, in oppilatione ucrò hepatis, uel illius apostematis de« riuatione uti debemus, uel euacuatione. Facta phlebo= tomia, observato debito regimine, non augumentante oppilatione, consulo, ut tertio die patienti detur infra= seripta medicina; qua ipsa sola oppilatio, or dolor hepa= tis optime amoueri poterit.

Recip. Diacatholiconis unc. i. Reubarbari electi drach.ij.spicæ gra.vij.infundatur reubarbarum cum spi= ca secundum artem datam à Mesue per x. horas. Deinde fiat fortis expressio, et cum decoctione communi florum er fructuum quantum sufficit siat potus. Facta euaa b iij cuatione cuatione expertum est, quod si patiens regatur in di= gestione materiæ oppilantis, cum sequenti syrupo die= bus septem continuis in diluculo assumpto una cum ina frascripta medicina patiens liberabitur ex toto ab hepa tis oppilatione, of dolore. Syrupus est sequens.

Recip. Syrupi acetosi, diarhodon, syrupi de cicorea cum reubarbaro, Syrupi bisantini, Syrupi de endiuia ana unc.s.aquarum cufcutæ, cicoreæ, lupulorum ana unc. i. misce, pro una vice. Octavo verò die per duas horas ante

lucem capiat infrascriptum potum.

Recip. Diacatholiconis, diasebesten lenitiui, diasenæ lenitiui ana drach.ij. electuarij de psillio drach. i. reu= barbari electi modo dicto infusi drach.i.s. spicæ gran.x. misce, cum decoctione communi florum, er fructuum quantum sufficit, of fiat potus. His euacuationibus fa-Ais, expertum est, quod si patiens utatur infrascripto electuario indubitato curabitur à dolore ex oppilatio= ne hepatis, o est electuarium non habens par in tali dispositione.

Recip. limaturæ calibis subtiliter puluerizatæ & præparatæ drach. iiij. radicum galangæ, zedoariæ ana drach.y.fucci enulæ unc.i.s.amidi,cinnamomi, draganti, ana unc.s. passularum enucleatarum unc.i. puluerizen= tur puluerizanda & contundantur contundenda, et cum saccharo optimo quantum sufficit secundu artem fiat ele Etuariu, de quo patiens capiat mane o uesperi per duas

horas ante cibum unc.s.

Adidem, expertum est multum conferre, si patieti ter in die naturali detur unc.s.sequentis condimenti mane stomacho ieiuno, & meridie,

& in ingreffu leti.

Recip.

in

122

104

114

1

me

III.

50 01

tele

c, fi

ntis

die,

Recip. Passularum enucleatarum lib. i. hepatis lupi unc.iiij.reubarbari optimi, e electi.unc.s.spicæ gran.x. puluerizentur puluerizanda, contundantur contundena da, er cum saccharo quantum sufficit siat electuarium.

Ad idem, expertum est, sequentem mixturam multum conferre, si detur patienti mane, & uesperi ad quantitatem nucis stomacho ieiuno.

necip. Diarhodonis abbatis unc. ij. tria sandalorum unc. i. reubarbari electi subtiliter puluerizati drach.i. misce cum syrupo de cicorea siat electuarium.

Ad idem, expertum est re uera conferens si patiens oppilationem hepatis uel dolorem quolibet mane stomacho ieiuno masticet drach, s. reubarbari electi benè maturi, & imme diate superbibat haustum uini albi potentis. Multa alia remedia in hac dispositione conferunt, quæ omnia tam quæ exterius applicatur, quam ea, quæ interius assumuntur, derelinqua, cum loquar de hydrope.

# DE APOSTEMATE HEPATIS.

ATTENDE QVOD curatio apos
stematis hepatis est prohibere ne siat, quod
stematis hepatis est prohibere ne siat, quod
stematis hepatis, eius cura uana est, es cassa,
quoniam tunc cum hepate totum corpus ruit propter
ipsum hepar esse membrum principale. Expertum
igitur est ad principium generationis apostematis hepas
tis, quod phlebotomia copiosa basilicae lateris dextri
b iiij prohibet

prohibet hepatis futurum apostema, semper præmissa uentris lenitione, ut cum Cassia, uel cum clysterio lenitiuo:

Ad idem, expertum est, & secretum, quod si tertia die post phlebotomiam apperiantur hemorrhoides, citissimum iuuametum apparezbit in prohibitione generationis apostematis hepatis.

Ad idem, multum ualet in prohibitione generationis apostematis hepatis post phlebotomias factas intercepta die una, dare patienti in-

frascriptam medicinam.

Recip. Reubarbari electi drach.ij. spicæ gran.x. dia= catholiconis unc. i. reubarbarum subtiliter incidatur cum spica, cum modico uini albi odoriferi irroretur, cum decoctione communi florum of fructuum q.s.

fiat potus, qui patienti detur in diluculo.

Ad idem, quoniam magna pars curationis apostematis hepatis suturi consistit in apertione ne oppilationis ipsius hepatis, & in resolutione materiae facientis apostema in hepate, ideo expertum est, digerere materiam cum sequenti syrupo, & ea eradicatiu è euacuare cu sequenti medicina, multum conferre. Syrupus digerens materiam generantem apostema hepatis est Talis.

Recip. Syrupi de cicorea, bisantini, acetosi, diarhodo, de endiuia completi ana unc.s. aquarum lupullorum, ci=coreæ, cuscutæ ana unc.i. misce pro una uice. continuet patiens syrupum istum per quinque dies continuos, deinde eradicatiue purget materiam ab hepate, tali pharmaco,

pharmaco.

T# 10

li

tis

20

100

14=

1.1.

nis

10E

0-

leo

en-

ie.

acis

do,

net

toli

Recip. Electuarij de psillio, de dactilis ana drach.i. reubarbari electi drach.ij.spicæ gran.x.diacatholiconis unc.s.infundatur Reubarbarum cum spica in aqua endizuiæ, & modico uini albi odoriferi per x. horas, deinde siat fortis expressio, & omnia simul cum decoctione communi slorum & fructuum q s.dissoluantur, & siat potus, qui exhibeatur patienti per duas horas ante luzem. Purgato corpore cum phlebotomia, tum pharemacia, & patiens cognouerit perseuerantiam generationis apostematis hepatis, optime expertum est, st quolibet mane in diluculo sollicitabit assumere quinque uncias infrascripti liquoris, proculdubio curabitur ab apostemate hepatis suturo.

Recip. Reubarbari optimi & electi drach.i. s. aloes hepatici drach.ij.galangæ drach.i. aquæ cuscutæ lib.iiij. sacchari optimi unc.ij.bulliant omnia insimul usque ad co sumptionem tertiæ partis aquæ, deinde coletur, er cola=

tura usui reseruetur.

Ad idem, expertum est, quod si patiens utatur quolibet mane ante cibum per duas horas infrascripta mixtura, sanabitur ab apostemate hepatis.

Recip.Diarbodonis abbatis unc.iiij.Reubarbari electi fubtiliter puluerizati drach.ij.misce cum syrupo de cico

rea, fiat electuarium. dosis est drach.iij.

Ad idem, experientia compertum est, quod si patiens utatur infrascriptis pilulis, tribus scilicet ante prandium per duas horas. & tribus ante conam, sanabitur à suturo aposte mate hepatis.

Recip.

Recip. Trochiscoru de spodio sine seminibus: acetosa, Trochiscorum de reubarbaro ana drach. ij. subtiliter puluerizentur cum syrupo bisantino, formentur pilula numero xxiij.

Ad idem, quoniam materia indiget resolutione, ex experientia comperimus quod sequens somentatio cum infrascripto unguen = to tollit generationem apostematis hepatis.

Recip. Fænugræci, seminis lini, seminis aneti, seminis acetosæ ana unc.s. storum camomillæ, meliloti, absinthij ana M.i.s. spodij, galangæ, spicæ, squinanti ana drach. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consuma ptionem medietatis deinde cum spongia madefacta in prædicta aqua tepida, mane, or uesperi somentetur heapar, immediate uero post somentationem ungatur regio hepatis cum sequenti unguento.

Recip. Olei camomillæ, olei spicæ, olei amygdalarum dulcium ana unc. iij. absinthij sicci, spicæ nardi ana drach.i puluerizentur puluerizanda, er cu modico cæræ

fiat unguentum molle.

Ad idem. Expertum est, quod si patienti applicetur lana succida intincta in oleo liliorum alborum, & oleo spicæ, curabitur ab apostemate futuro hepatis.

Adidem, optime expertum est, si patientis sequens emplastrum hepati applicetur ipsum continue mutando per diem naturalem, bene

conferre.

Recip.Emplastri de meliloto, by sopi cæroti, ana lib. s.olei amygdalarum dulcium, olei camomillæ, olei spicæ ana quantum sufficit ad incorporandum, & conducen= dum

dum emplastrum. Quod si apostema generetur. Tunc debes scire, quod, aut patiens morietur, aut trasibit in hy dropem. Quare de curatione hydropisis modo dictu= ri sumus.

#### DE HYDROPE. Cap.xxv.

is

nti

ICIS

ene

VM HYDROPS sit trium species rum, à spiritu scilicet flatuoso, una, ab aque inter cutem, altera à pituitosa materia, tere tia naturæ rebelli in omnibus membris concentrata.

Quarum prima. Timpanites, Secunda ascites. Ter= tia uerò hyposarca nominatur. Ideo ad curationem bydropisis à spiritu flatuoso, compertum est, quod bepa tis confortatio, or sui caloris uiuificatio eam curat.

PRIMO IGITVR procurabis hepatis confor= tationem, of spiritus flatuosi resolutionem cum sequenti syrupo per septem dies continuos.

Syrupus talis est.

Recip. Syrupi acetosi, diarbodon, bisantini, mellis rosa ti col.ana unc.s.aquarum Absinthij, fœniculi, lupullo= rum and unc. i. misce, octavo verò die in confortatione hepatis, or resolutione spiritus flatuosi, expertum est, sequentem medicinam plurimum conferre.

Recip. Anisorum, fæniculi, cartami ana drach.ij.aga= rici ligati in petia drach.iij.bulliant in sufficienti quan= titate aquaufque ad consumptionem medietatis, deinde coletur & cum colatura dissolue reubarbari electi sub= tiliter puluerizati drach.ij. spicæ subtiliter puluerizatæ gran.x.foldanellæ subtiliter puluerizatæ drach.ij.er fiat potus, qui exhibeatur patienti duabus horis ante lu= cem, & ex hac medicina tibi succedet optimum iu= uamentum,

Ad idem, sic purgata materia, consulo, ut utaris tanquam secreto infrascripto puluere, cuius quoliber mane in diluculo drach.i.dabis patienti, dissolutam in aqua radicum sambuci, quantum sufficit.

Recip. Absinthij sicci, eupatorij sicci, soldanella sicca ana drach. ij. spicæ scrup. ij. puluerizentur omnia subtilisime, fat puluis, qui exhibeatur, modo dicto.

Ad idem, & tene pro secreto, compertum est plurimum ualere, & hydropem uentosam sanare, si euacuato corpore quotidie mane & uesperi per duas horas ante cibum dentur patié ti tres de infrascriptis pilulis.

Recip. Trochiscorum de anisis, trochiscorum de cap= peribus ana unc. ij. reubarbari electi drach. iij. spodij drach.i.spica scrup.ij.subtiliter puluerizentur omnia & cum succo absinthij fiat pasta pilularum, dosis est, pilulæ iij.ex scrupulis.ij.confecta.

Ad idem, & est expertum dare patienti quo. libet mane per duas horas ante cibum mediam unciam infrascriptæ mixturæ multum conferre.

Recip. Succi ireos unc. iij. galangæ, zedoariæ ana drach.ij.cinnamomi,garyophylloru ana drach.s.foldanel læ unc.s puluerizetur omnia subtiliter et cu melle dispu mato quantum sufficit fiat electuarium.

Ad idem, copertum est, quod si patieti detur drach. n.infrascripti pulueris mirabiliter cofer-

re in hydropisi uentosa.

Recip.

tilij

ille

pe

ter

tu

ne

Recip. Vermium terrestrium in umbra exsiccato: rum lib.s.sed antea abluantur in uino albo potenti, galăe gæ drach.ij.anisorum drach.i.puluerizentur omnia sube tilissime or modo dicto exhibeatur patienti puluis iste dissolutus in aqua decoctionis anisorum or radicis Ireos.

Ad idem, optime expertum est curare hydro pem uentosam, si patienti propinetur quotidie una de infrascriptis pilulis per tres horas ante lucem.

Recip. Reubarbari electi drach.ij. spicæ gran.x. elaz terij optimi drach.i. puluerizentur omnia subtiliter co cum succo ireos siat pasta pilularum.co aduerte, quod infrascripta pilula non detur patienti sebrem neque pa tienti debilitatem uirtutis, quontam elaterium seuissima inducit accidentia, ut tremoris, uiolenti uomitus, co quadog; epilepsiæ. Et mirabilem uidi effectum in curatio ne Hydropisis uetosæ, si quolibet mane in diluculo detur patienti infrascriptus potus.

8

Recip. Aquæ radicum ebuli unc.ij.sambuci unc. iiij. misce.continuabis sic potum istum per triginta dies coti nuos & mirabile iuuamentum reperies.

Ad idem, expertum est, immo secretum, si patiens regatur infrascripto remedio citissime curabitur ab hydrope uetosa, uidelicet, si mane in ortu auroræ, capiat pilulam unam de infrascriptis pilulis unius scrup. demum post tres, uel quatuor horas applicet toti uentri tumido infrascriptum antidotum. Pilula hæc est.

Recip. Pilularu aggregatiuaru scrup.ij. Elaterij opti mi gran,iii.misce: er siant pilula numero tres. Antidos tus talis est.

Recip. Vrinæ pueri non polluti lib.i. salis nitri præpa rati drach. vi. bulliant unica forti ebulitione insimul ad ignem pallearum usque ad consumptionem tertiæ partis urinæ. Deinde cum prædicta urina calida diluatur uenter seu aluus, forti semper facta frictione cum manu, er ex boc uidebis iuuamentum optimum in bydrope uentosa.

Ad idem, præeuacuato corpore, sublime

remedium eft fequens.

Recip. Stercoris caprini, bouini and lib.i. exsiccen=
tur in furno usque adeo ne comburantur. Deinde subtilie
ter puluerizetur, et pulueres incorporetur cu succo ab=
sinthij, co cum oleo rutaceo quantum sufficit, adeò quod
siat simile linimento. Demum illius certa quantitas ex=
tendatur super pannum lineum, co calida uentri appli=
cetur, cum ibit patiens dormitum; mane uerò sequenti
diluat sibi uentrem cum sequenti uino calido.

Recip. Vini albi potentis, o odoriferi lib.iiij. saluiæ, roris marini ana M.i. bulliant insimul usque ad consum= ptionem, quartæ partis uini, o cum dicto uino siat ut supra dictum est. Diluto uerò uentre statim patiens ca=

piat bolum infrascriptæ mixturæ.

Recip. Diagalangæ unc.i. aromatici rosati, Tria sanæ dalorum, diarhodonis abbatis ana unc.s.misce cum melle

rosato, of fiat electuarium.

Ad idem, & bene expertum, si somentetur aluus patientis cum sequenti sacculo calido mul tum conferre.

Recip. Cimini,aniforum,milij,florum camomillæ,me= liloti,falis communis,ana M.i.furfuris großi M.ij.Cale= fiant fiant omnia ista in uase stagnato, demum irrorentur cum uino albo optimo, & in sacculo reponantur & dictus sacculus uentri applicetur.

### DE HIDROPE ASCITE

A est ex experientia phlebotomiam a quelibet aliu modum euacuationis sagruintersicere. Quapropter, cosulo quod in Ascite, sicut neque in alia specie hydro pisis medicus no sit audax super phlebotomia, sed in primis copertum est, quod confortare he par, & digerere materiam peccantem, & ipsam digestam euacuare est ualde conueniens, continuet igitur à principio patiens diebus septem continuis insrascriptum syrupum.

Me.

Recip. Syrupi de eupatorio, de Cicorea cum Reubarabaro, bisantini, acetosi, diarhodon ana unc. s. aquarum cu scutæ, absinthij, capillorum ueneris ana unc. i. misce, es detur patienti calidus in aurora, es expertum est, es Medicus hoc debet bene observare in cura Ascitis, quòd quolibet die assumptionis prædicti syrupi stomacho ie iuno in mane sequens clystere multum conferre.

Recip. Soldanellæ M.i.s. mercurialis, florum camoa millæ, foliorum maluæ ana M.i. Aniforum, fœniculi, Carui. Dauci ana M.i. bulliant omnia in sufficienti quane titate aquæ usque ad consumptionem medietatis aquæ, er de colatura.

Recip. Lib.i.olei rutæ unc.iij.benedictæ unc.i.electuæ rij de bacis lauri drach.i.uitelli oui numero. i. falis come munis munis drach. iij. sacchari rubei unc. i.s. o imponatur clystere, eo enim non solum euacuatur aqua citrina sa= ciens ascitem, sed o soluitur uentositas, quæ semper iun= gitur aquositati, o est causa doloris ipsius hidropici, continuatis syrupis cum his clysteribus per vij. dies, octa= no die purgetur aqua citrina cum sequenti medicina.

Recip. Eupatorij, omnium floru cordialium ana M.s. Agarici ligati in petia drach.i. s. bulliant in sufficienti quatitate aque cuscute, usque ad consumptionem medie tatis. Deinde cu colatura dissolue diacatholiconis drach. vi. Reubarbari electi drach ij. spicæ gran.x. puluerize tur puluerizada, et fiat potus, qui patieti exhibeatur per horam ante lucem, et scias quod hac medicina non solum euacuatur aquositas inter cutem: sed uirtus bepatis natu ralis confortatur, et eius oppilatio tollitur, quæ sunt ne= cessaria in curatione ascitis. Et aduerte quod in Ascite, etiam in alia specie hydropisis cauere debes à medi= einis fortiter, o laboriose euacuantibus, quemadmodum est scamonea, coloquintida, eleborus, elaterium, electuaz rium de psilio, fimilia, quoniam euacuando debilitant multum uirtutem naturalem hepatis, quæ est satis debili= tata ex ægritudine. Quod si plerunque fueris usus præ dictis medicinis post cuacuationem earum completam debes semper attendere confortationi uirtutis hepatis eum his, que infra dicemus, aliter enim faciendo uirtus bepatis debilitata, tum ægritudine, tum pharmaco-cadez retser totum corpus rueret.

Ad idem, post euacuationem in confortation ne hepatis & eductione aquositatis citrinæ expertum est, si bis in septimana detur patienti Ascitem sequens potus, deo uolente sanabitura

Recip.

200

Recip. Terbentinæ lib.i.butyri recentis lib.s.olei com= munis unc.iiij. croci drach.i.s. misce, or cum filtro made= facto in dicto liquore calido locum fomentabis, et in ho= ra doloris, or in praseruatione à dolore.

Ad idem, est expertum, si locus doloris em-

plastretur cum sequenti emplastro.

红

ni

die

ize

1100

Me

life

bille

TRE

北

rtis

alle

104 CXa chti

tuti

ccip.

Recip. Parietariæ uiridis lib.iij. mellis lib.ij.uini mal= uatici lib.i. olei lib. s. bulliant insimul omnia usque ad decoctionem parietariæ. Deinde parietariam ipsam loco dolenti calidam apponito, ad modum emplastri. Expertum est etiam multum conferre, pracipue pracedentibus enematibus madefacere in aqua ardenti calida, co loco dolenti applicare, & dolorem tollit. Idem quoque tibi succedet, si locum dolorosum inunxeris cum oleo de uia oli'u d triolo romano. Ad idem, or est expertum ubi alia non contulerint remedia, ponere patientem ab umbilico infra in balneo olei communis calidi, & in eo immorari per horam, uel minus, secundum quod æger potuerit. Deinde ipso exeunte ex balneo fiat illi clystere immediate ex prædicto oleo calido cum melle rosato ponderis unc.ij.cu uno uitello oui, or salis drach.ij. Ad idem expertum est, er in omni tempore potest sieri, applicare scilicet uento= sam magnam umbilico, eft de optimis remedijs in tor-Stonibus intestinorum,

Recepta optima, qua Potifex maxi mus Cle mens septimus usus fuit in sui ultima ægritudine.

Recip. Masticis, thuris masculi, macis and lib.s.galane Ehre v gæ, zedoariæ ana unc.iiij.garyophyllorum, cinnamomi, xilobalsami, carpobalsami ana unc.ij.zinziberis, cardae tu Bom momi, piperis longi, piteris vicairi momi, piperis longi, piperis nigri ana unc.s.turbith, aga= rici

rici, reubarbari ana drach. ij. radicum endiuiæ, radicum buglossæ, borraginis ana M.ij. betonicæ, iuæ, florum sticae dos arabici, maioranæ, saluiæ, roris marini ana M.s. om= nia insimul grosso modo contundantur, & ponantur in centum libris uini albi potentis, & odoriferi, & sic per tres dies continuos stent in insusione, deinde cum forti expressione coletur uinum, quod uinum subitò ponatur in Alembico, & distilletur aqua uitæ. Demum

ep

le

12

8

Recip. Sanguinis humani corporis sani bene carnost lib.i ponatur in aqua distillationis prima, co iterato po= natur in alembico, co distilletur aqua, co sic procede di= stillando usque ad nouem uices distillationis. Demum

Recip. Folioru auri finisimi et optimi num. 100. fo= lioru argenti finißimi num. 5 o.iacinthorum, smaragdo ru,rubinorum,granatorum,utriusque margaritarum,co= raliorum rub. rosarum rub.ana drach.i.s. musci optimi drach. s. misce. Et omnia puluerizanda puluerizentur O ponantur in aqua uitæ ultimo distillata, or stent in infusione per diem naturalem.deinde omnia ponantur sia mul in Alembico, or decima uice distilletur aqua lento igne, que aquarecondatur in uase uitreo grosso, bene ob= turato, quoniam aliter tota aqua converteretur in spiri= tu. or exhalaret. Que aqua ad omnes frigidas ægritudi= nes per intus, & per extra, mirabiliter confert, st illius, drachma uel guttæ. iiij. cum modico uini albi odoriferi capiantur. Quod si ægritudo esset calida, or non esset febris,ut in doloribus pendentibus à materia calida, cam dabis aquæ endiuiæ permixtam, qualibet hora doloris, Et nota quod cum ista aqua uidebis miraculum, si in morbis in extremo debilitaretur ægri uirtus, st patienti talem debilitatem uirtutis dabis quinque uel sex guttas aquæ prædictæ prædictæ cum modico uini odoriferi, & statim uidebis uirtutem relevari, & crede mihi, quod in pestilentia nizbil tutius est, nihil magis hominem desensat à morbo epidimiali, quàm ista aqua: quæ si in temporibus pestizlentiæ, in locis, quolibet mane ante exitum domus bizberit quis quinque vel sex guttas prædictæ aquæ, vel cü vino potenti vel cu aqua endiviæ vel si cum octo vel decë guttis per se, vel cum vino mixtis abluat quis sibi nares intus, extraque, totam faciem, optime à pestilentia sez curabitur, & cum isto auxilio in pestilentia semper bez ne me babui, reperi. Valet etiam in Apoplexia, in Epilepsia, diluendo collum, & nuccham. Et nominatur bæc aqua Elisir vitæ Benedicti.

TIE

for

gdo

tar

t la

ento ob=

elfin

The sales

Since Since

ifen ellet

CON

is.Et

orbit ales

學學

### DE FLVXV VENTRIS CHOLERICO SCILICET DIAREA CHOLERICA. Cap. XXVIII.

DDIAREAM cholericam expertum est, es maxime observandum in actu practico, quod phlebotomia basilicæ à principio diareæ cholericæ ipsam curat, existente corpore fortis roboris,

bene carnost, or densorum musculorum.

Adidem, expertum est sequens enema multum conferre in Diarea cholerica.

Recip. Aqua decoctionis ordei torrefacti lib.i. saccharirubei unc.i. s.uitelli oui numero.i.misce. et siat clyste=re. recordare quod in enematibus ad sluxum uentris non conuenit ponere sal, propter eius mordacitatem er acuitatem.

Adidem, post Enema compertum est à prin cipio, si est sluxus cholericus sequenté medicinam curare.

Recip. Seminum plantaginis, portulaca, seminum ace tosa, seminum endiuia, storum omnium cordialium ana p.s misce, o bulliant in sufficienti quantitate aqua plan taginis usque ad consumptionem medietatis, deinde cum colatura dissolue reubarbari electi drach ij. diacatholico nis drach. vi misce, o siat potus, o detur in diluculo patienti. o nota, quod ipsi reubarbaro in sluxu non conue nit spicam imponere, quippe nec ipsum reubarbarum daz bis aliter quam in substantia, quoniam ut sic euacuando materiam cholericam relinquit uestigium stipticitatis, Capta hac medicina compertum est, digestionem in materia cum sequenti syrupo sieri. Deinde sequenti pharmaz co eam purgare, multum conferre.

Syrupus conferens ad diaream cholericam

Talis eft.

Recip. Syrupi rosati ex infusione rosarum siccarum unc.i. syrupi de endiuia unc.s. aquarum plantaginis, ace= tosæ, buglosæ ana unc.i.misce pro una uicc. recordare tanquam optimum remedium, quod quolibet die assum= ptionis syrupi patiens assumat clystere unum ueluti su= pradictum. Cotinuando igitur syrupum per. yi dies come pertum est ex experientia, sequentem medicinam curare suxum cholericum.

Recip. Corticu mirabolanoru citri unc.s.semi.platagi
nis,semi.acetosæ,semi.portulacæ,sem.endiuiæana drach.ij
florum omnium cordialium præter uiolas ana.p.s. bulliat
in sufficienti quantitate aquæ calibeatæ usque ad con=
sumptionem medietatis:deinde cum colatura facta forti
expressione

expressione, pro diuitibus dissolue reubarbari electi tor refacti drach.i.s. Diacatholiconis drach.vi.pro pauz peribus reupontici torrefacti drach.ij.micletæ unc.s. pul uerizetur puluerizanda, et siat potus.cui adde syrupiro fati unc.s.

Ad idem, ex experientia compertum est, quod si patienti diaream detur mane, & uesperi, bolus infrascripti electuari, multum coferre.

Recip. Diacitonitem sine speciebus cum saccharo sacchari antiqui rosati ana unc i coriandrorum præparatorum unc.s.coraliorum rubeorum drac.ij.puluerizentur subtiliter omnia puluerizanda, es cum succo citoniorum siat electuarium.

0

art

rot

orti

one

Ad idem, ex experientia compertum est, si patiens uratur infrascripto potu per duashoras antecibum, mane & uesperi, bene conferre.

Recip. Succi citoniorum unc. vi. succi endiuiæ, succi acetosæ ana unc. iij.seminum acetosæ,seminum plantagianis ana drach. ij. coraliorum rube. seminum rosarum ruabea. ana drach.i. aquæ plantaginis unc.iiij.omnia insimul bulliant usque ad consumptionem tertiæ partis aquæ er succorum, deinde colentur facta forti expressione, et cum saccharo optimo quantum sufficit siat syrupus, de quo patiens capiat unc.ij.modo dicto.

Adidem, copertum est ex experientia. Quod quotidie assiduare sequens clystere, etiam tempore quo patiens caperet digestiua, diaream cholericam curare.

Recip. aquæ decoctionis ordei torrefacti unc.viij suca ci plantaginis unc.iiij.olei rosati omphacini unc.ij.uitelli oui numero i. sacchari rubei nuc.i.s. misce, et siat clystea k iij re.or re, er scias quod clysteria in fluxu uentris ad frigiditae tem debent declinare. cum ipsum frigidum immobilitat humorem magis qua ad calidum, aut ad tepidum.

Ad idem, expertum est sequens enema curare fluxum uentris cholericum, si patiens assi-

duet illud quotidie.

Recip. Olei rosati omphacini unc.vi. succi plantaginis unc.iiij.uitelli oui numero.ij.misce, of siat clystere minus guàm tepidum, ex isto enim clysteri indubitato curabis sluxum cholericum, præmissa corporis euacuatione,

Ad idem, expertum est clystere sequens Diaz ream cholericam curare, si quotidie patiens

eo utatur.

Recip. Lactis uaccini lapidati, uel calibeati lib.i. suc ei plantaginis unc. iiij. sacchari rubei unc. i .s.uitelli oui

numero.ij.misce & fiat clystere.

Ad idem, expertum est ex experientia, si quotidie cum sequenti unguento uentriculus, & aluus ungatur, quòd æger curabitur à sluxu cholerico.

Recip. Olei rosati omphacini, olei citoniorum, olei mirthini ana unc. i. rosarum rube. coraliorum rubeoru ana drach.i.masticis, nucis muscatæ ana drach.s.pulueri=zetur puluerizanda, co cum modico cæræ siat unguentu molle: quia magna pars curæ cholerici sluxus habetur ex curatione sluxus dysenterici ideo traseo ad curam dy senteriæ pendentis à materia cholerica corrodente, co ulcerante tunicas intestinorum.

## DE FLVXV DYSENTERICO. Cap. XXVIIIL

A DVERTE quod licet fluxus uentris à prina cipio non sit astringendus, si tamen euenerit quod eo sanguis egeratur, excusabitur tunc medicus, si constrictioni operam dederit est enim sanguis uitæ en naturæ Thesaurus.

Ad dysenteriam igitur confert clystere se-

quens.

G

は は 世 は ば け か

Recip. Aquæ decoctionis ordei torrefacti lib.i.olei rofati omphacini unc.iij.uitelli oui numero.i facchari rubei unc.i.s.misce, or siat clystere.

Ad idem, si sanguinis multitudo effluar.

dysentericum curare, o sic iubeo, et consulo, ut stomacho ieiuno secetur uena basilica brachij dextri, cum extractione sanguinis, tenore uirtutis o ætatis.

Ad idem, compertum est ex experientia me= dicinam sequentem curare fluxum dysentericu.

Recip. Mirabolanorum citrinorum ustorum drach.vi seminum plantaginis, seminum acetosæ, seminum endiuiæ omnium torresactorum ana drach. iij. storum quatuor cordialium prater uiolas ana. p.i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ calibeatæ usque ad consumptionem me= dietatis, deinde colentur, & colaturæ adde reubarbari electi torresacti drach ij.s. philonij persici scrup.iiij.mi= sce, fiat potus, & ex bac medicina uidebis optimum experimentum. quinimo excusabit te ab ulteriori ope= ratione.

Ad idem, ex experientia compertum est, quod si patienti dentur tres de infrascriptis pilulis mane er uesperi ante cibum, indubitato

curabitur à fluxu dysenterico.

Recip. Trochiscorum de spodio cu seminibus acetosa, trochiscoru de carabe ana drach.ij.suffuf.de granis mirti Descriptionis Mesue in antidotario de suffuf. drach. i.s.puluerizentur omnia subtiliter, co cum succo citonio= rum fiant pilulæ numero xxi. & sis audax in oblatione istarum pilularum, quoniam uidebis mirabile iuuametum.

Ad idem, expertum est, si mane & uesperi ante cibum per duas horas detur patienti unc.s.

infrascriptæ mixture multum conferre.

Recip. confectionis de corneis, confectionis de forbis, confectionis de Nespilis ana unc.ij. coraliorum rube. seminum rosaru rub. acatiæ, hypoquistidos ana drach.s.mi sce cum succo citoniorum fiat mixtura puluerizatis pul= uerizandis.

Ad idem, compertum est ex experientia, & in eo bene me reperi, si patienti dabitur infrascri ptus puluis dissolutus cum uino subeo friptico in ingressu lecti, absque dubio curabitur fluxus dysentericus.

Recip. Thuris masculi, masticis and drach. ij. boli armeni drach.i. coraliorum rube. cornu cerui usti, ana drach. s. lapidis Ematithis usti scrup. ij. puluerizentur omnia subtiliter, & de isto puluere detur drach.i.s.ipst patienti, stomacho ieiuno modo dicto.

Ad idem.

Ex experientia compertum est, or in fluxu dysenteria co laudatum optime, si quolibet mane patiens masticet drach. drach.s.reubarbari torrefacti stomacho ieiuno.

e,

eri

his,

& cri

ico

boli

tur

Ad idem, etiam est expertum si patienti quolibet mane detur infrascriptus potus, stomacho ieiuno.

Recip. Vini citoniorum, uini rubei stiptici ana unc. yi reubarbari torrefacti drach. i.s. boli armeni drach.i.s. coriadrorum praparatorum torrefactorum drach. iij. contundantur contundenda, & bulliant insimul usque ad consumptionem tertiæ partis uini, deinde colentur, et de colatura dabis patienti unc. ij. modo dicto.

Ad idem, expertum est, si dabis patienti sluxum dysentericum mane stomacho ieiuno, duo coclearia infrascriptæ mucillaginis.

Recip. Mucillaginis seminum citoniorum unc.iij.mus cillaginis seminum acetosus, mucillaginis seminum psilij ana unc.i. pulueris coraliorum rube. drach.ij. sacchari albissimi quătum sufficit, et siat ad modum loch, qui exhi beatur modo dicto.

Ad idem, si cum dysenteria fuerit coniunctus dolor uentris, sicut plurimum contingit ob intestinorum corrosionem, compertum est, & secretum, dare patienti tribus diebus continuis infrascriptum potum, & confestim curabitur à suxu uentris dysenterico.

Recip. Lactis caprini, uel ouini calibeati unc.iij.succi plantaginis unc.i.s. specierum aromatici rosati drach.i. misce of siat potus pro una uice.

Ad idem, præcipuè cum adsit dolor sortis, compertum est ex experientia infrascriptum ci bum curare dysenteria, & illius dolore sedare.

Recip. Turturis depilati numero. i. granoru mirthi drach.

drach ij. seminum acetosæ, seminum plantaginis ana drach ij. thuris masculi gran ij. cæræ nouæ citrinæ drach ij.cinnamomi scrup ij.omnia simul in uentre tur turis imponantur, of suantur. Deinde lento igne coquantur, of detur patienti turtur ad comedendum, tribus die bus, uel quinque continuis, of sic sanabitur æger, uel ex carne turturis siat contusum.

Adidem, expertum est ex experientia, quod

iii.

0

祖

si patienti fiat sequens clystere curabitur.

Recip. Capitis castrati bene mundi T loti cum aqua plantaginis numero.i. foliorum plantaginis M. ij. ordei torrefacti M.i.bulliant insimul usque ad completă deco= ctionem capitis castrati in aqua calibeata, deinde collen= tur, T de colatura

Recip. Lib. i. succi plantaginis unc.iij. olei rosati om= phacini unc.ij.uitelli oui numero.i. sacchari rubei unc.i.s misce,& siat clystere,& scias quod istud est de meliori= bus clysteribus ac securioribus, qui possint sieri in sluxu

dysenterico & cholerico.

Ad idem, expertum est sequens clystere mul-

Recip. Aquæ ordei torrefacti unc. viij. prius tamen calibeatæ succi plantaginis unc.iiij.olei rosati omphacini unc.iij.pinguedinis Hirci unc.ij. uitelli oui numero i. sac= chari rubei unc.i.s.misce,& siat clystere.

Ad ide, sequens clystere est multu couenies, & cu eo serè semper curaui fluxu dysentericu.

Recip. Lactis uaccini lapidati unc. yiij. succi plantagi= nis unc.iiij. olei rosati omphacini unc.ij.uitelli oui nume= ro. i. sacchari rubei unc.i s. misce. T siat clystere mi= nus quam tepidum; T conetur patiens diu retinere ip= sum. sum. Quod si cum fluxu dysenterico copuletur fortis corrosio intestinoru, or ulceratio, Tunc aduerte quod in omnibus præcedetibus enematibus addatur puluis seques.

2

Ye

lice

CX

od

山山山

(Oe

elle

THE STREET

145

OTTE

NO.

ul

men.

ZIII.

11:

ö,

(Ü.

igi:

Mi:

mi

神

III.

Recip. Trochiscorum de carabe puluerizatoru. drach.

Ad idem.

Expertum est, quod præcedentibus euacuationi = bus dictis solicitare lotiones infrascriptas à genu infra, es à cubito infra, patienti multum conferre.

Prima lotio est hæc.

Recip.granorum mirthi, Balaustiarum, corticum granatorum, gallarum, hypoquistidos ana, m.i. bulliat in sufaficienti quantitate uini nigri stiptici, usque ad consumationem tertiæ partis. Deinde mane er uesperi ante ci bum siat lotio, si etia alia remedia patienti applicabuntur. unde notare debes quod eade die non inconuenit multa, er diuersa remedia patienti dysenteriam applicare.

Ad idem, secunda lotio hæc est.

Recip. Foliorum nespilorum, foliorum sorbarum, foa liorum citoniorum ana. M.ij. & casu quo folia non posa sent inueniri, tunc accipe fructus seminis plantaginis, seminis acetosa, seminis portulace ana. unc. s. & casu quo posses habere herbas loco seminum, multo efficacius operabuntur bulliant omnia in sufficienti quantitate aca ti fortissimi usque ad consumptionem tertia partis. dea inde usui reservetur.

Ad ide, lotio hæc tertia est, experta, & secreta.

Recip Scoriæ ferri cu aceto præparatæ, limaturæ cali dis cu aceto præparatæ ana lib-i.bulliat in libris x. Aceti, fortissimi calibeati usque ad consumptionem medietatis, deinde mane, o uesperi per dimidiam horam patiens detineat detineat plantas pedum, or uolas manuum in aceto prædicto, or uidebis effectum mirabilem immo secretum ad stendum fluxum dysentericum.

Ad idem, experictia optime comprobatum est, si patientis anus suflumigetur sequentibus

Suffumigis.

ignire debes, demum super ipsam ponere Terbenthinæ optimæ unc.i. mane et uesperi sedendo super assellam, recipiat sumum ipsum, of sic continuando per tres uel quattuor dies uidebis dysenteriam curari.

SECVNDVM suffumigium est mirabile, er

expertum.

Recip. Stercoris asini Iuueculi lib.ij.contudatur optiame, on in surno exsiccetur, et aduerte ne stercus uratur, demum cum portione illius pulueris, mane or uesperi, su per ignitos carbones posita in assella, dum sedebit paties suffumigabis ipsum, or scias, quod hoc est mirabile in flu xu dysenterico puerorum, semper præcedete euacuatione facta cum reubarbaro.

Ad idem, optime expertum est, si patiens suf-

fumigetur sequenti suffumigio.

Recip. Rasinæ pini unc. i. pone super laminam ignis

tam. Et in sub assella suffumigetur patiens.

Ad idem, expertum est, & multu ualet ad tola lendam dysenteriam, si suffumigetur patiens sequenti suffumigio.

Recip. Laminam ferream ignitam, or super asperge acetum nigrum fortissimum, or patiens recipiat in sub

affella fumum ipsum,et erit optimum.

Adidem,

. &

Ad idem, sequens suffumigium est optimum

& expertum.

Recip. Corticum pinearum M. ij. bulliant in lib. iiij. aceti fortisimi, cum fumo suffumigetur patiens, co cum incipit tepesieri acetum, tunc ferrum ignitum in eo extinguetur, ut iterato eleuetur sumus, et ipsum re cipiat patiens.

Ad idem, expertum eft, et secretum.

Recip. Mellisse lib. i. Tasi barbasi M.i.bulliant in uino nigro stiptico, & aceto fortisimo, ana quantum sufficit, usque ad consumptionem tertiæ partis. deinde coletur ab aceto & uino, & ponatur in sacculo oblon= go, & sacculus calidus ano applicetur mane & ues speri, & sic continuabis, & uidebis optimum experimentum.

#### Ad idem.

Ex experientia compertum est, or ubi alia non contulerint, or uirtute existente forti, si patienti imposueris suppositorium de litio descriptione rasis in nono ad almansorem, or recordare, quod propter uirtutem oppis existentis in co, non permittes tale suppositorium in ano stare, nisi per dimidium boræ, uel minus, ideo debes alligare filum, ut ipsum possis extrahere semper ad libitum.

#### Adidem.

Ex experientia compertum est, quod si tota aluus inungatur cu sequenti unguento, deinde puluis infrascrie ptus super aspergatur toti aluo inuncte, mirabile uidebis effectum in dysenteria.

Vnguentum Tale est.

Recip. Olei masticis, olei rosati omphacini, olei citos
niorum

niorum and unc.s. misce.

Et tota aluus inungatur mane, & uesperi, pul

li

uis super aspergendus talis est.

Recip. granorum mirthi torrefacti, corticum grandztorum, balaustiarum, Gallarum ana drach. ij. Masticis, thuris, nucis muscatæ, coraliorum rubeorum ana drach.s. Hypoquistidos, acatiæ ana scrup.ij. puluerizentur omnia subtiliter & usui seruetur modo dicto.

Ad idem, expertum est, immo secretum in dysenteria, si patienti inungatur uenter cum sequetti unguento, & ipsum tene menti, quoniam omnem dysenteriam quantum cunque malam

curabis.

Recip. Trochiscorum de carabe, Trochiscorum de terra sigillata ana drach.iij. galliæ muscatæ, galliæ ele= fanginæ ana drach.i. s. coraliorum rubeorum, seminum rosarum rubearum, masticis, Thuris, ana drach.i. pulueri= zentur omnia subtiliter & infundantur in aceto rubeo fortisimo per diem naturalem. Deinde uel apud ignem, uel in sole ardentisimo exsiccentur. Demum ite= rum subtiliter puluerizentur & pulueribus adde olei ci toniorum, olei rosati omphacini, olei masticis ana unc.ij. cæræ albæ quantum sufficit, et siat unguentu molle: quod tenebis pro secreto.

Ad idem, & est optime expertum, ubi dysenteriæ iungeretur dolor uehemens intestinorum: frequentare sequens remedium, multum

conferre.

Recip. Zirbi castrati numero.i. ponatur in patella, o unica frixione frixetur cum sua pinguedine, o non eum alia. Demum super ipsum asperge puluerem sequen=

Sequentem.

Recip. Taßi barbaßi exficcati unc. ij. Trochifcorum de carabe subtiliter puluerizatorum unc.ij. ipsum can lidum aluo apponito sæpius in die.

Ad ide, ubi etiam dysenteriæ iungeretur for

tis dolor.

12

間

71:

103

12

a

中的

m

M

Recip. Emplastri diafiniconis descriptionis mesuæ, es ipsum aluo apponito mane, et uesperi ipsum permutado, ex quo uidebis optimum esfectum.

### DE FLVXV EPATICO, Cap.xxx.

LVXVS epaticus cognoscitur primo ex parte excrementiciæ superfluitatis, quoniam est liquida, or loturæ carnis similis. or quo= niam de nocte magis assiligit patientem quam

de die.ad cuius curationem expertum est digerere mateariam cum sequenti syrupo, es eam euacuare cu infrascriapta medicina multum conferre.

Syrupus talis est.

Recip. Syrupi mirthini, syrupi de cicorea, syrupi ro=
fati de rosis siccis ana unc. s. aquarum plantaginis, cico=
reæ, epaticæ ana unc. i. reubarbari electi subtiliter pulue
rizati scrup. ij. misce cum syrupo per horas xxiiij. deinde
in mane in diluculo totum patienti dato, etiam cum suba
stantia Reubarbari, es sic continuabis per vij. dies conti=
nuos cum dicto syrupo, es uidebis bonum effectum.
Medicina hæc est.

Recip. Reubarbari electi drach. ij. mirabolanorum eitrinorum drach.i.s.puluerizentur subtiliter of dissola uantur in aqua distillationis plantaginis of detur patienti patienti.

Ad idem, expertum est multum conferre in fluxu Epatico, si quolibet mane patienti detur

unc.s.infrascriptæ mixtionis.

Recip. Triasandalorum, diarhodo abbatis ana unc.ij. Reubarbari electi drach.i.s.hepatis lupi drach.i. puluea rizentur omnia subtiliter o cum syrupo de cicorea siat electuarium.

Ad idem, experientia copertum est, quod si patiens continuet infrascriptum potu per quin decim dies, sanabitur à sluxu epatico.

Recip. Lactis uaccini calibeati unc. y. detur in potu

fer

patienti modo dicto.

Adidem.

Compertum est ex experientia, si fluxus epaticus sue rit recens phlebotomare basilicam dextram cum extrae ctione sanguinis unc. iiij.multum conferre.

Ad idem, experientia docet, si quolibet mane detur patienti sequens potus, multum

conferre.

Recip. succi epaticæ depurati unc.iij.sacchari albisi= mi unc.s.misce & detur patienti, super quem aliquantu= lum dormiat.

Ad idem, expertum est, si patientis hepati applicetur infrascriptum cærotum, continue illud super hepar portando, curabitur patiens à slu-

xu epatico.

Recip. Cæroti triasandalini unc. i. extendatur super corium, ex regioni hepatis apponatur, ex nota quod se ve omnia remedia dicta in Capite de dysenteria competunt buic sluxui, si illi applicentur apperientia hepatis oppilationem

Recip. Aquæ ordei, decoctionis radicum ireos unc. iiij. mellis rosati unc. i. soldanellæ subtiliter puluerizatæ drach. ij. uel. iij. secundum tolerantiam uirtutis patientis, immo usque ad unc. s. poteris dare, si præcedens dosis non complete operata suerit, misce, er siat potus, qui patienti detur calidus modo dicto, et attende, quod si patiens per mensem usque ad quadraginta dies continuabit dictum potum, indubitatò sanabitur, et scias quod soldane nella ultra hoc quod euacuat aquam citrina, habet proprietatem confortandi hepar.

di

in

當

fue

744

by

Im

Ble

tile

ap.

U

oper of t

the:

Ad idem, ubi patiens non assumeret supra die ctum potum, expertum est assumere semel in septimana infrascriptum potu multum coferre.

Recip. Succi ireos quantum capit media testa oui, mellicrati, unc. iiij. reubarbari electi subtiliter pulueria zati drach.s. misce, qui exhibeatur calidus patienti in dia luculo, or uidebis mirabilem experientiam ex isto potu.

Ad idem, consulo ut alternis diebus, in quibus patiens non assumeretaliud solutiuum per duas horas ante cibum stomacho ieiuno capiat infrascriptam pilulam continuando per tres dies tantum.

Recip. Pilularu aggregatiuarum scrup.i.elaterij, reuz barbari electi ana gran.i.s.misce cum syrupo bisantino, siat pilula una, quæ exhibeatur patienti modo dicto.

Adidem, & est secretum, non reuelandum, nisi amicis, si bis in septimana dabitur patienti ascitem unc.s. infrascripti secreti electuarij ex co bolum consiciendo.

Recip. Eupatorij, Cuscutæ, passularum, liquiritiæ, miz rabolanorum citrinorum ana unc.s. radicum appij, fæniz i culi,

lin

mo

5

culi, Capparis, agarici ana unc.i. hæc omnia grosso mo=
do contusa, coquantur usque ad consumptionem mediea
tatis aquæ, & colentur, & in colatione ponatur mellis
lib.s. sacchari unc.iiij. iterum bulliant usque ad densita=
tem mellis. Deinde adde reubarbari electi drach.i. turbith
gummosi drach.ij. foliorum megereon infusorum in ace=
to drach.i.s. diagridi correcti scrup.ij. spicæ, zinziberis
ana drach. s. ex his omnibus siat electuarium secundum
artem, & aduerte bene quod maior dosis est unc.s. sed
tuus consuetus modus sit minus dare, secundu tame quod
uidebis ex eo debilem uel fortem cuacuatione, & uidebis
ex isto electuario mirabile iuuamentum.

Ad idem, bonam experientiam inuenies, si quolibet mane per quindecim dies continuos dabis patieti ascitem in diluculo tres de sequen tibus pilulis, & immediate post bibat infrascria

ptum fyrupum.

Recip. Trochifcorum de Eupatorio. Trochifcorum de absinthio ana drach. ij. Trochifcorum de reubarbaro. Trochifcorum de lacca ana drach.i. puluerizetur omnia sub tiliter, et cum syrupo bisantino siant pilulæ numero. 3 6.

Syrupus est talis.

Recip. Syrupi, de cichorea siue reubarbaro, de endiuia compositi, acetosi, diarhodo ana unc. s. aquarum absinthij

fæniculi, cichoreæ ana unc.i.mifce. !

Ad idem, consulo, ut quolibet mane & uesperiante cibum per tres horas patiens capiat de sequenti electuario unc.s. & in curatione hydropisis uidebis optimum essectum.

Recip. Diacurcumæ unc. ij. diarhodonis abbatis unc. ij. s.misce cu syrupo de endiuia siat electuarium, imo consu lo tanquam lo tanquam optimum, expertum, si detur patienti so= lum diacurcuma non inueniet par in ascite.

Ad idem, non debes negligere usu quotidia no consortare uirtutem hepatis cum infrascripto unguento mane & uesperi inungendo regionem hepatis.

te

ris

iod

bis

il.

108

en

Tla.

de

Ino Gub

36.

1111

湖

ue,

1121

hyr

明

Recip. Vnguenti sandalini unc.i.olei spicæ,olei camo millæ ana unc.s.misce.

Ad idem, expertum est ex experientia, si partiens utatur infrascripto unguento mane, & ue speri, ungendo totam aluum optime conferre.

Recip. Vnguenti aragon, unguenti agripæ, unguenti marciaton ana unc.i.misce, & siat unguentum.

Adidem, ex experientia compertum est, mul tum conferre sequens unguentum.

Recip. Succi ireos, succi ebuli, succi radicum sambuci ana unc.i. succi ciclaminis unc.s. cardamomi, calami aroz matici, y sopi ana drach. ij. puluerizetur puluerizanda, et cum modico cæræ sist unguentum molle.

Ad idem, expertum est, optime conferre, si totam aluum inungamus cum sequenti oleo.

Recip. Terbentinæ lib.i. Thuris, masticis, mirrhæ ana drach.ij laudani drach i. nucis muscatæ, garyophylloru, galangæ, zedoariæ ana drach.i.s. succi ebuli, succi cucume ris asinini ana unc.i. puluerizetur puluerizanda & ome nia simul misceantur, & in alembico ponantur, & di= stilletur oleum, & est secretissimum, non solum ad tole lendum tumorem uentris in ascite, sed etiam ad tumo= rem pituitosum cuiuslibet alterius membri corporis ho= minis, & est mirabile ad dolorem iuncturarum, & mem= brorum à causa frigida.

i ij Adidem,

Ad idem, expertum est multum conferre sequens linimentum, si cum eo inungatur tota aluus, demum superponatur lana succida.

Recip. Aquæ ardentis lib.i. olei rutæ, olei distillatio= nis Terbentinæ, olei amygdalarum dulcium ana unc.v butiri recentis unc.iij.olei de castoreo, de euphorbio ana unc.i.s.bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ lento igne usque ad consumptionem aquæ. Deinde adde succi ireos unc.ij. succi lappatij acuti unc.i. iterum bulliat unica ebulitione, cum co liniatur tota aluus.

Ad idem, compertum est optime ualere se-

reg

84

MI for

quens emplastrum.

Recip. Herbæ pauarellæ lib.v.absinthij uiridis. Rutæ uiridis,camomillæ uiridis,ysopi uiridis,prasi uiridis ana lib.ij. butiri recentis lib.s. mellis lib. viij. bulliant omnia insimul leto igne usque ad omnium bonam decoctionem, deinde adde stercoris bouini ex siccati, o subtiliter puluerizati lib.i. puluerum galangæ, zedoariæ ana drach.s. olei rutæ unc. iij.misce, et omnia insimul bene incorporen tur, quousque fiat forma emplastri, quod mane & uesperi calidum applicetur toti aluo.

Adidem, expertum est, quod si patiens fomentetur cum sequenti fomentatione, scilicet

aluus illius, multum conferre.

Recip. Betonicæ, saxifragiæ, celidoniæ ana M.ij. cetau rea utriufq;,yfopi,acrimonia,folioru megereo ana m.i.s florum camomillæ, meliloti, anisorum, fænugræci, seminu lini ana M.i. bulliant in sufficienti quantitate uini albi odoriferi usque ad consumptionem quartæ partis uini, deinde igniatur lapis marchasitæ magnæ, or loco marchasitæ si non habeatur, pone spumam ferri, uel lapidis molendini

molendini, tunc isto ingenio facto, ubi foramen inm fere conficiatur ad quantitatem alui patientis by drope fomentetur aluus, hac de hydrope ascite etc.

le-

ota

thios.

110.7

and lene

MCCL

Mile

fe-

ute

5 4114

TIME

gen,

pule

schs.

norest

coffee

sfo,

icet

cctas

mis

CHIN

ni dhi

S METS

間が

中间

## DE ICTERITIA CITRINA. Cap. XXVI.

DICTERITIAM citrinam à principio.i. spatio quatuor dierum compertum est phlebotomiam basilicæ lateris dextri, eam op

time curare, quod si ipsa antiquata foret, nullatenus sieri debet, quoniam patiens repente caderet in hydropem, sacta quidem phlebotomia expertum est, quod si patiens regatur sequenti digestione materia, sequentique pur gatione, excusabitur Medicus ab ulteriori operatione.

Syrupus digestiuus in Icteritia Citrina talis est.

Recip. Syrupi bisantini, de lupulis, de Endiuia ana unc.s. aquarum lupulorum, seminum communium frigiz dorum, semiculi ana unc.i. misce, & cum syrupo infunz datur per noctem scrup i. Reubarbari electi, cum duobus granis spicæ, ipsis puluerizatis & in petia subtili ligaztis, qui syrupus continuetur per septem dies continuos in diluculo, octavo verò die detur patieti per duas horas ante lucem instascripta medicina.

Recip. Diacatholiconis unc.s.electuarij rosati Mesux drach.i.s. Reubarbari electi drach.i.s. spicæ gran. vij. electuarij de psillio drach. i.s. infundatur reubarbarum cum spica in aqua Endiuiæ, o modico uini albi odori= feri per dece boras. Deinde siat fortis expressio, et omnia simul cum decoctione communi s. o fr. dissoluantur o siat potus. Facta euacuatione ad idem compertum

i iij est,00

est, fecretum, dare patienti quolibet mane stomacho ieiuno drach. i. s. infrascripti pulueris mirabiliter con= ferre, o Ictericia ipsam sanare continuando per quinde= cim dies continuos.

Recip. Vermium terrestrium in umbra exsiccatorum prius cum uino praparatorum unc.ij.Reubarbari electi drach. i. stercoris canis exsiccati unc.s omnia subtiliter

puluerizentur of fiat puluis subtilis.

Ad idem, expertum est, & secretum, siue Ice rita proueniat à causa antecedente intrinseca, fiue primitiua extrinseca, sicut contingit in uten tibus fortissimo exercitio, uel nimio coitu, si ipsi patienti dabitur quolibet mane per decem dies continuos infrascriptum potum.

Recip. Marrubij unc ij.lupulorum unc.i. radicum buo glossa, radicum enulæ, radicum eupatorij ana drach.s. Reubarbari grosso modo incisi drach.i.ligni aloes drach. i.s.bulliant omnia in lib.iij. uini albi potentis, o odorife ri,usque ad consumptionem tertiæ partis, deinde coletur

sine expressione, o de prædicto uino

Recip. Vnc.ij.s.sacchari albissimi drach. ij. misce, er fiat potus, qui exhibeatur patienti quolibet mane in dilu culo,cum isto enim uidebis quam citissime icteritiam citrinam curari, & nota quod si fuerit cum febre, fiat corum decoctio,que diximus,in aqua endiuie, er in ea-

dem dofi.

Ad idem, compertum est experientia, quod fi patiens mane & uesperiante cibum ad minus per dimidium horæ capiat tres de infrascriptis pilulis, optime curabitur isteritia citrina.

Recip. Trochiscorum de spodio drach. iij. reubarbari electi drach. i. pulueris uermium terrestrium drach. i.s. puluerizentur omnia subtiliter, et cum syrupo de prasio siant pilulæ numero 36.

Ad idem, expertum est, hoc quidem plurimum ualere no solum in ictericia citrina, uerum & in hydrope, & in qualibet alia hepatis oppia latione dare. s. patieti quolibet mane stomacho seiuno, infrascriptum potum.

Recip. Vrinæ pueri non polluti, complexionis sangui neæ, o bene robusti unc.v. sacchari albissimi unc.s. mi= sce, o siat potus, qui continuctur per decem dies conti= nuos in icteritia, o in hydrope continuctur per mesem, o uidebis optimam experientiam.

Ad idem, ualet, si sequens epithima mane, & uesperi Epithimabis totam hepatis regionem.

15.

ch.

面拉

Các

od

1615

Recip. Aque rosate unc. iiij. acetose hepatice and unc. iij.aque absinthij unc.iiij.aque solatri unc.iij.specie rum ceroti.Tria sandalini unc. i. spodij drach. i. s. spice scrup, s.aceti fortisimi unc.iij.misce pro hepate.

# DE COLICA, ET ILIACA PASSIONE. Cap. XXVII.

VM PLERVNO VE colica, & Iliaca paßio sint in aliquibus morbi longi, in aliquibus uerò morbi acuti, ideo in illius curatione duo capita habebitis, primu erit præseruatione nis à colica, et iliaca secudu uerò cu rationis colica, estiliaca secudu uerò cu rationis colica, estiliaca secudu uerò cu rationis conterti.

iliacæ actu affligentis. Quo ad caput primu compertuest ext experientia, quod si aliquis utatur bis in anno se i iiij quenti

quenti digestione in materia cum infrascripto syrupo, eiusdemque materiæ purgatione cum infrascripta medici na, non cadet in passionem colicam uel Iliacam, in tem= pore igitur ueris, & autumni per vij. dies continuos

utatur secuenti syrupo.

Recip. Radicum Galangæ, radicum Zedoariæ ana drachij radicum enulæ, radicum buglossæ, radicum bora ginis ana unc.i anisorum, carui, dauci, ana drachiij bul= liant omnia in sufficienti quantitate aquæ usque ad cone sumptionem tertiæ partis. Deinde colentur, er colaturæ adde cinnamomi electi, garyophyllorum, nucis muscatæ, macis, ana drachi rumpantur grosso modo species, et ite rum bulliant unica leui ebullitione. Demum coletur sacta forti expressione, er cum saccharo, uel melle dispumato quantum sufficit siat syrupus de, quo

Recip. Vnc.ij. Aquarum foeniculi, absinthij, betonicæ ana unc.i.misce, octavo vero die capiat patiens infrascri=

ptam medicinam per duas horas ante lucem.

Recip. Benedictæ simplicis drach.ij. Diacatholiconis unc.s.electuarij de dactylis drach.i.s.electuarij de baccis lauri drach.i.misce, & siat potus cum aqua decoctionis anisorum & sceniculi quantum sufficit. Hac euacuatio= ne facta, siue uernali, siue autumnali tempore, consulo, quod patiens bis in mense in præseruatione à colica uta= tur tribus de sequentibus pilulis.

Recip. Pulpæ coloquintidæ drach. ij. scamoneæ præz paratæ drach. i. aloes loti scrup. iiij.anisorum, cartami, fæniculi ana drach.ij.mirabolanorum citrinorum drach. i. s. Reubarbari electi drach. i. spicæ, zinziberis, salis gemmæ ana gran. vi. Turbith boni & gummosi drach. ij. s. puluerizentur omnia, & cum succo absinthij

fiat

fiat pasta pilularum. Dosis est scrup. ij. in tribus pia lulis, & experientia uidebis, quod quilibet patiens Colicam, aut Iliacam, præscruabitur à casu suturo in utranque.

Ad idem, compertum est, immo michi secretum, quod si assuetus pati colicam, aut iliacam, bis in septimana capiat in diluculo infrascriptum bolum, certe servabitur ab illis sine dubio.

Recip. Iustini optimi drach. ij. zuechari rosati drach.i, misce, o cum saccharo siat bolus, qui exhibeatur patien ti modo dicto.

Ad idem, secretum est, à me benè expertum in præseruatione à colica, si patiens bis in septimana stomacho ieiuno capiat infrascriptum potum.

Recip. Vini albi potentis, odoriferi unc. ij. Nucis muscatæ, garyophylloru ana drach.s. galagæ drach.i.rua pantur species grosso modo, o per noctem infundatur in uino prædicto. Demum mane cum modico sacchari ala bi patienti exhibeatur.

Ad idem, & est expertum in præseruatione ab utraque assectione, si patienti detur infrascripta consectio stomacho ieiuno, de mane super bibendo haustum uini maluatici.
Quod si timor sucret de hepatis caliditate uel
febre, super ipsam bibat tantundem de aqua
Endiuiæ.

Recip. Specierum aromatici rosati, specierum diagaa langæ, pul. diadraganti frigidi ana drach.ij. sacchari opti mi quantum sufficit dissoluti in aqua menthæ, fiat confe ctio ctio in rotulis duarum drachmarnm pro qualibet.

Expertum est ad idem, & secretum, quod si patiens capiat infrascriptam confectionem stomacho ieiuno, nunquam cadet in Colicam uel

Iliacam passionem. annagmos, mobi d

Recip. Corticum raffani grosso modo excorticati
lib ij.mellis albi lib.iiij.bulliant insimul usque ad consum
ptionem medietatis mellis, Deinde adde pulueris Cinnae
momi, garyophylloru, nucis muscatæ, macis, piperis nie
ana drach.ij.misce er omnia in uase recondantur, er quo
libet mane capiat patiens unc.s. de dictis corticibus.

po

Re

ele

(11)

Ad idem, expertum est optime ualere in torz sionibus intestinorum si patienti pluries detur

infrascriptus potus.

Recip. Olei amygdalarum dulcium recentis, iulebizati cum saccharo unc. i. aquæ ardentis drach. ij. aquæ camomillæ unc. i. misce, & detur patienti modo dicto, & reperies ipsum nunquam molestari à doloribus stomachi uel intestinorum.

Ad idem, & præsertim cum patiens sue rit in actu doloris colici, seu iliaci, compertum est sequentem medicinam mirabiliter conferre.

Recip. Electuarij de dactylis unc. s. philonij romani drach.i.s.misce of siat bolus, qui detur patienti qualibet bora doloris stomacho ieiuno. Et nota quod hanc me= dicina potes exhibere patienti urgente necessitate ante digestionem materiæ.

Ad idem, stante doloris uehementia, sine aliqua reprehensione poteris exhibere infrascriptum puluerem, & uidebis ægrum ab eo subito sanari.

fanari.

fi

uel

di

NA.

陇

Me

740

Ore

10

24

Cde

0

chi

181

ete

TOT

int

bt

M:

nte.

alie

Tie

ito

Recip. foliorum mori celsi albi exiccatorum in uma bra drach i.s.corticum raphani exsiccatorum in umbra drach.i.osium nespilorum drach.i.s.misce & subtiliter puluerizentur & patienti dentur drach.ij prædicti pula ueris cum uino albo odorifero, & est præsentaneum rea medium, optime conferens in colica.

Ad idem, & est expertum in breuissimo teme pore huiusmodi dolores remoueri, si paticii den tur infrascriptum medicametum dissolutum in aqua menta.

Recip. Athanasiæ nicolai drach.i.s.pulueris confectionis elescoph drach.iij.misce & dissoluatur in uino poteti,& qualibet hora doloris detur patienti.

Ad idem, & est expertum per me, cum quo curaui repente omnes intestinorum dolores, dare. s. patienti infrascriptum bolu qualibet ho ra doloris, melius tamen est, si exhibeatur stomacho ieiuno.

Recip. Diagalangæ, diabuglossati ana drach. ij. phia lonij romani, scrup.iiij.misce, of siat bolus, qui exhibeatur modo dicto.

Ad idem, expertum in omni dolore intestino rum, sed maxime ualet in dolore renum, & à uc tositate, & à calculo.

Recip. Vini albi potentis unc. viij. galangæ, cinnas momi, nucis muscatæ ana drach. s. bulliant insimul usque ad consumptionem medietatis uini, deinde coletur & colaturæ adde aquæ endiuiæ unc. ij. confectionis elescoph unc. s. & detur patienti, & nota quod si sebris adesset dabis confectione elescoph sola dissolutam in iure pulli. Ad idem,

Ad idem, & eft expertum.

Recip. Corticum raphani unc.i.infundantur in unc.vi uini albi odoriferi per quattuor horas, & cum modico

sacchari patienti dabis.

Adidem, pro secreto optime ualet in colica, & iliaca, & est, dare patienti quolibet mane unc. vi. iuris galli antiqui sub sequenti forma conditi.

Recip. Galli antiqui trium annorum ad minus nu= mero i. interimatur eo præcise modo, quo diximus in capite de Astmate & in uentre illius ponantur in=

frascripta.

Recip. Anisorum, carui, Dauci, ameos, polipodij quer cini, carthami, ana drach. i. pulueris osium nespilorum drach.i.s. enulæ unc.s. galangæ, radicum zedoariæ ana drach.i. Tartari uini albi, unc. s. omnia insimul contunadantur mediocri contusione. To bulliat gallus, eo præcia se modo, quo diximus de astmate, of de prædicto iure galli detur patienti unc. vi. To unc.i. oxymelis simpl. quolibet mane in diluculo, of uidebis optimum remedium in doloribus intestinorum, of etiam est expertum

Ad idem, non existente sebre, optimum reme dium est dare patienti in hora doloris infrascri-

ptum potum.

Recip. Vini maluatici unc ij. Elisir uitæ drach.i-misce & detur patienti. Cuius Elistr descriptionem dabo in sia

ne buius capitis.

Ad idem, experiment îi est mirabile, si in hora doloris absque sebre detur patienti infrascriptus potus.

Recip. uini maluatici optimi drach.ij olei uitrioli ro

mani optimi drach.s. misce, fat potus.

Ad idem, expertum est, & bene confert, si pa tienti detur quolibet mane stomacho ieiuno infrascriptus bolus, curat enim dolorem, & præser uat ab eo.

Recip. mithridati optimi uel Theriacæ optimæ ma= gnæ drach. i. sacchari rosati drach. ij. misce, er detur patienti.

Adidem, & est expertum, si patienti detur in

hora doforis sequens porus.

13

Me

1

2014

1

Vie .

ure

tt.

III.

me

Ti.

nife nfi

Ora

tus

rap.

Recip. Aquæ distillationis florum ginestræ, aquæ di= stillationis lapularum uiridium inuentarum in frumentis ana unc.ij.sacchari optimi unc.i.misce, et detur patienti.

Expertum est, & adidem, de quo debetis recordari in actu doloris dare infrascriptu potu.

Recip. Olei amygdalarum dulcium recentium unc.iiij facchari unc. s. nucis muscatæ subtiliter puluerizatæ drach.i.misce, & dato patienti.

Ad idem, optimum est dare patienti infrascri ptum bolum, in hora doloris, & ante,& post in

præseruatione.

Recip. Terbentinæ optimæ unc.s. benedictæ simplicis drach.ij.misce, & siat bolus, qui patienti detur qualibet bora doloris.

Ad idem, sequens clystere expertum est, ua-

lere optime.

Recip. Vini albi potentis, olei communis ana unc, y butiri recentisunc.iij. uitelli oui numero.i. salis commu= nis drach.iij. sacchari rubei unc.i. s. misce, & tepidum imponatur. Et nota quod ante quam te applices curæ co= licæ lica uel iliaca procedere debes cum enematibus, quoniam per enemata secura & optima sit eorum curatio, cum uerò enemata non suffecerint, tunc uiam habebis ad ea qua per os assumuntur.

Ad idem, sequens enema fortius est, & cum

co colicam sepius curaui.

Recip. Vini albi potentis unc. xiij. butiri recentis unc. iiij.olei comunis unc. vi.aniforum, anethi fæniculi, carui, dauci, ameos, cartami ana drach. ij. misce, et bulliant usque ad consumptionem medietatis umi, deinde coletur, coe laturæ adde mellis rosati unc. ij. sacchari rubei unc. i.s. salis communis drach. ij. uitelli oui numero. i.misce, co siat clystere.

Ad idem, ubi dolor esset uehemens præcedentibus alijs clysteribus expertum est, & secretum non stante sebre sequens enema colicam TH

& iliacam curare.

Recip. Vini albi potentis lib.i.s aquæ ardentis unc.ij. bulliant simul usque ad consumptionem aquæ, deinde eum solo uino tepido siat clystere.

Ad idem, familiare & domesticum est seques elystere quod secudum plurimum debet exhibe

rià principio morbi.

Recip. foliorum camomillæ, maluæ, mercurialis, ana M.i.anisorum, pulegij, calamenti, fæniculi, ana M.s. furæ furis großi ligati in petia unc. i. s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis, er de colatura.

Recip. Lib.i. olei communis unc.iij. benedictæ unc.i. bieræ pigræ unc.s. sacchari rubei unc.i.s. salis communis drach.ij.uitelli oui numero.i.misce, & siat clystere quacunque cunque bora doloris.

vi,

gue.

1.5.

14

13

181

am

cij.

ućs be

414

We

th

0

gri

275

3%

Ad idem, expertnm est sequens clystere.

Recip. Suprascriptæ decoctionis unc. x. electuarij de baccis lauri, electuarij de dactilis ana drach.ij.benedictæ drach. yi. olei liliorum alborum unc. iij. de reliquis ut su= pra fiat clystere.

Ad idem, aliud expertum est sequés clystere.

Recip. prædictæ decoctionis lib. i. hieræ logodionis drach.vi.benedictæ unc.i.olei rutæ unc.ij.de reliquis modo dicto misce, fiat clystere.

Ad idem, expertum est sequens clystere ubi alia non contulerint, & uehemens necessitas fue rit in sedatione doloris.

Recip. Olei rutæ unc.viij. olei de castoreo unc.iij.phi lonii romani drach.ij.benedictæ unc.i.de reliquis ut supra excepto quod modicissime de sale debes imponere, ut uir tus philonij posit in aluo morari, er fiat clystere.

Ad idem, optimum est, & præcipuè ubi colica uel iliaca fuerit cum retentione fecum.

Recip. Pinguedinis gallina unc.iiij electuarij de bac= cis lauri drach.iij. de reliquis ut supra misce, co fiat cly=

Ad idem, expertum est sequens clystere, quo

semper bene me habui.

Recip. Fustorum aliorum siccorum M.ij. bulliant in sufficienti quantitate aque,usque ad consumptionem medietatis er de colatura

Recip.Lib.i.bieræ pigræ drach.vi.de reliquis ut supra

o inijciatur clystere tepidum.

Adidem, elegantissimum remedium, & subito auferens dolorem est sequens enema.

Recip.

Recip. Aqua termarum ex sulphure uel allumine, si= ue aquæ poretæ,uel de Albano lib.ij.aniforum, florum ca momillæ, absinthij, menthæ and M i.bulliat insimul usque ad consumptionem medietatis aquæ eg de colatura

Recip. Lib.i. olei camomillæ unc. iij. benedictæ unc.i.

de reliquis ut supra, er fiat clystere.

Ad idem, experientia compertum est in colica, & iliaca passione, sequens unguentum mira-

biliter conferre, & est apud me secretum.

Recip. Olei de castoreo, olei liliorum alborum, olei rus ta, olei de cheiri ana unc. iij-fucci althea, fucci artemisiæ ana unc iiij.aquæ ardentis unc.vi.bulliant omnia insimul usque ad consumptionem aque. Deinde adde nigelle, masticis, cardamomi, galangæ ana drach i.s. piperis, ga= ryophyllorum,nucis muscatæ,ligni aloes ana drach.i.pul uerizentur hæc omnia subtiliter, et iterum lento igne bul liant, et cum modico cæræ fiat unquentum molle cum quo locus dolorosus inungatur, o lana succida tepida super= ponatur, et cum isto unquento uidebis mirabilem effectu

Ad idem, familiaris fomentatio conferens.

optime hæc eft.

Recip. Florum camomillæ, meliloti, fænugræci, anethi seminum lini ana M.i.absinthij, mentæ, pulegij, calameti, abrotani ana M.s.bulliant in sufficienti quantitate aqua, wuini albi odoriferi usque ad consumptionem medieta= tis aquæ. Deinde mane et uesperi fomentetur locus, quem locum fometatum immediate poteris inungere cum præ= dicto unquento, or optimum est remedium.

Adidem, & à me sæpius expertum fomentas re locum dolorosum sequenti fomentatione.

oppilationem, sicut permaxime est Reubarbarum, et aduerte, quod clysteria de lacte maxime in hac dispositione conferunt.

# DE TVMORE ET OPPILATIONE SPLENIS, Cap.xxx1.

ONSVLO tanquam expertum, quod se hæ dispositiones splenis sucrint recentes, quod siat phlebotomia basilicæ lateris sini=stri, o uidebis ilico ægrum curari ab hijs, quod si dispositiones sucrint antiquatæ nullam facies phlebotomiam, quoniam tumores splenis per maxime essicerentur duri.

Ad idem.

Consulo tanquam expertum, & in opere secretum, quod sacta phlebotomia basilicæ sinistræ patientis, die sequenti aperiantur emorhoides, et ubi emorhoides, habe ri non possent, incidatur saphena sinistri pedis, & ex his bonum iuuamentum tibi succedet.

aŭ

ns.

ethi

ěti,

此

etas

III I

185

122

sip.

#### Ad idem.

Consulo, factis phlebotomijs digeratur materia cum sequenti syrupo, & euacuetur cum infrascripta medicina.

#### Syrupus talis est.

Recip. Syrupi acetosi, diarhodon, Syrupi de lupulis, mellis rosati colati ana unc.s. aquarum cuscutæ, lupulo=rum, mellissæ ana unc i.misce pro una uice quem, syrupu patiens continuet per vij dies continuos

#### Medicina hæc eft.

Recip. Diasenæ lenitiui unc.s. Diacatholiconis drach.
iij.confectionis amech drach.ij.s.dissoluantur cum decotione

Hione communi f. o f. in qua præbulita sint mirabo. lanorum indorum, mirabolanorum chebulorum, mirabola norum emblicorum ana drach. i. agarici ligati in petia drach.i.s. of fiat potus, qui exhibeatur patienti per duas boras ante lucem.

Adidem, expertum est, si patiens utatur infrascripto electuario quolibet mane per tres ho

ras ante cibum, bene conferre.

Recip. limaturæ ferri præparatæ unc. s. specierum diarhodonis abbatis, specierum diacurcumæ ana drach.ij. epithimi, thimi ana drach.ij. puluerizentur puluerizada or cum melle diffumato quatum sufficit fiat electuariu, Dosis est drach. ij pro uice.

Ad idem, expertum est, si patienti detur coclearium unum infrascriptæmixturæ per tres

horas ante cibum, multum conferre.

Recip. succi altheæ depurati unc. ij. s. succi cala= menti unc. ij. foliculorum senæ exsiccatorum drach. ij. misce cum melle dispumato quantum sufficit, fiat ele-Etuarium.

Ad idem, experientia copertum est, quod si patiens hanc dispositionem splenis, quotidie fomentetur splen cum sequenti fomento, mul-

tum conferre. Recip. Radicum altheæ, radicum maluæ ana unc.ij. se= minu fœnugræci, seminu lini, floru Camomillæ, meliloti ana M.i.calamenti, melissæ, Cuscutæ, pulegij, anisorum, carui, fœniculi ana M.i.bulliant omnia in sufficienti qua titate aceti albi fortisimi, deinde splenis regio fomente= tur, modo dicto. from amorb drack. he diffolicantie ours acco-

Adidem,

Ad idem, optimu, et expertum, & secretu est, si quotidie mane, & uesperisplen ungatur cum sequenti unguento.

ola

114

114

120

10

神神病

10

irid

1

M.

odfi

idie

ul-

ife

liloti

igi igi

mits.

m,

Recip. Olei rutæ, olei de capperibus, olei camomillæ ana lib.i.uini potentis albi optimi lib.s.radicum altheæ, radicum maluæ, radicum filicis, ana unc. s. triturentur optime radices, fimul bulliant usque ad consumptio=nem uini, deinde colentur cum forti expressione, o oleis colatis adde aceti albi fortisimi optimi lib.i. Ciclaminis optime triturati o mundi unc. i. iterum bulliant forti ebulitione usque ad consumptionem aceti, o iterum co=lentur cum forti expressione: quibus oleis sic colatis, ade de oppoponacis, bdellij, galbani, armoniaci, ana drach. ij. dissoluătur gummi in aceto forti, o cum alijs miscean=tur, o iterum una leui ebullitione bulliant, ne gummo=rum uirtutes euanescăt. deinde cum cæra optima citrina quantum sufficit, siat unguentum molle, o optimum est, o secretisimum.

#### Ad idem.

Expertum est, & per se ipsum solum curare tu= morem splenis, si fomentetur splen cum aceto fortisi= mo extinctionis marchasitæ. Demum in eodem madefa= cere filtrum, ipsi spleni applicare. hac fomentatio excusabit te ab ulteriori operatione.

Ad idem, expertum est, & secretum, si paticti splenis exhibeatur infrascriptus potus per xv. dies continuos, soluetur omnino splenis durities.

Recip.Radicum filicis unc.s. radicum cufcutæ drach.ij. misce, o bulliant in uncijs. viij. uini albi potentis, usque ad consumptionem tertiæ partis uini deinde coletur, o l ii colatura

# colatura patienti detur modo dicto,

DE DOLORE, ET TVMORE ET VENTOSITATE MATRICIS,

D DOLOREM Matricis cum secuna dum plurimum ab oppilatione uiarum eius pendeat, si non fuerit cum superfluo fluxu pendeat, si non fuerit cum superfluo fluxu

menstruorum, siat phlebotomia ex saphena pedis dextri. Si uero suerit cum præsentia uentositatis tendentis tuni= cas matricis, tunc prætermittatur phlebotomia tanquam obnocua ipsi matrici. Facta phlebotomia, ubi expedit ad dolorem matricis etiam si à uentositate esset, expertum est, digerere materiam afficientem matricem es ca cua= cuare peridoneum esse.

Syrupus ualens ad dolorem matricis cum co, fortatione eius in præparatione apertionis uias

rum eius, talis eft.

Recip. Syrupi de matricaria unc. i. syrupi de duabus radicibus, mellis rosati co. ana unc. s. aquaru arthemisiæ, fœniculi calamenti ana unc. i.misce, continuato syrupo per vij. dies.

Medicina seques octava die danda est, & mul

cum experta est.

Recip. Diacatholiconis, diasenæ lenitiui ana unc. s.
electuarij elescoph drach. ij. specierum hyeræ simplicis
Galeni drach. i. misce er siat potus cum aqua decoæ
ctionis slorum cordialium er arthemisiæ, qui exhibeatur
patienti per horam ante lucem. Facta euacuatione in
sedatione doloris, compertum est, quod si mulier capiat
quolibet

quolibet mane in diluculo infrascriptum potum, proculdubio sanabitur à dolore; à uétositate matricis, est secretum mulierum bononiæ.

Recip. Aquæ arthemisiæ lib. ij. spicæ, squinanti ana unc. s. bulliant insimul usque ad consumptionem tertiæ partis aquæ . deinde colentur sine expressione. Deinde

nuos, aduerte, quod hæc potio multum utilis est, or

optima ad impregnandam mulierem.

Ad idem, expertum est, quod si mulieri patienti etiam dolorem matricis à uentositate detur infrascriptus potus per x. dies continuos, sa nabitur à dolore matricis, et scias, quod est secre tum memorize mandandum.

Recip. Radicum matricariæ unc i. Dauci unc.s. mellis albi unc.ij.misce, or bulliant bene spumando mel, usque ad mellis decoctionem. Deinde cum forti expressione co= letur, or prædicti mellis

Recip. unc.ij.iuris pulla, decoctionis anisorum unc.

iij.misce & detur patienti modo dicto.

Ad idem, expertum est à mulieribus.

Recip. nucis muscatæ drach. i. radicum matricariæ drach.i.s.spicæ scrup.i.bulliant in uncijs. yi.uini albi po= tentis usque ad consumptionem tertiæ partis. Deinde co= letur, & colaturæ adde sacchari albissimi drach. ij. & detur patienti mulieri in diluculo, qualibet hora, qua dolor infestabit.

Ad idem, & est expertum multum conferre, si patienti exhibeatur infrascriptum medi-

camentum.

cõ.

100

12,

ipo

nul

0.5.

icis

0000

dist

cut

ist

ibet

l iij Recip.

Recip. Diacimini, diagalangæ ana drach ij. diabue glossati drach i misce, & detur patienti qualibet ho= ra doloris, & immediate bibat haustum uini albi potentis.

Ad idem, ubi dolor uehementer infestaret mulierem, & timor esset de debilitate uirtutis futura, sequens remedium inventum est, sedare

dolorem matricis.

Recip. Philonij romani drach.i.diacimini,diagalangæ ana drach.s.misce, of siat bolus, qui detur patienti qua= libet hora doloris.

Ad idem, & est remedium mulierum, & optiamèualens in dolore matricis, & etiam à uentofia

tate liberat.

Recip.

Recip. Pomum dulce euisceratum numero i. in cuius

concauo ponantur infrascripta species.

Recip. Nucis muscatæ, macis, Cinnamomi, ana drach.s. garyophylloru scrup.s. omnibus puluerizatis cu modico sacchari coquantur in dicto pomo cineribus ignitis apz positis. Demum mulieri detur qualibet hora doloris.

Quod si dolor esset tantæ uebementiæ, ut suspicaretur de uita mulieris, cum prædictis apponito gra. duo oppij, er citam uidebis sedationem doloris.

Ad idem, & est expertum.

Recip. Galangæ, zedoariæ, arthemisiæ ana drach i. spicæ, zinziberis, ana scrup. i. nucis muscatæ, macis, Cinenamomi, garyophylloru ana drach. s. sacchari albissimi unc.s.misce, er siat puluis subtilissimus, de quo puluere quolibet mane stomacho iciuno dabis drach. ij.cu duobus ouis sorbilibus.

Ad idem,

Ad idem, & est expertum dare mulieri qua= libet hora doloris infrascriptum medicamentum, multum conferre.

Recip. Sem. Dauci subtiliter puluerizati drach.i.mellis rosati colati unc. ij. misce. & detur patienti dolorem

talem.

器

75.

100

bi.

ille

mi

m,

Ad idem, & est expertum, si mulieri mane & uesperi abluantur pedes cum infrascripta lotio ne multum conferre.

Recip. Calamenti, matricariæ florum camomillæ, saluiæ, roris marini ana M. i. bulliant omnia in sufficienti quatitate lixiuij, uel aquæ cineris, usque ad consumptione tertiæ partis, es cum ea abluantur crura ipsius mulieris à genu infra.

Ad idem.

Multum conferunt frictiones factæ totis cruribus incipiendo à supremo coxæ usque ad clauiculam pedis cum panno aliquantisper aspero, conferunt etiam in codem ca su appositiones uentosarum super coxas.

Ad idem, & est expertum, si patienti dolorem matricis assiduetur apponere infrascriptum sacculum toti regioni matricis die noctue

que, conferre.

Recip.Floru Camomillæ, meliloti, anethi, fænugræci, fem.lini ana M s. arthemisiæ, calamenti, pu legij, abrota=ni ana M.i. anisorum. fæniculi, ameos, polipodij quer=cini ana P. i. misce. Et contundantur grosso modo, ex bis siat sacculus, quo patiens utatur modo dicto.

Ad idem, poteris fomentare matricem cum sequenti fomento sicco, & erit ualde utile.

l iiij Recip.

Recip. Arthemisiæ, florum camomillæ, menthæ, cala měti ana M.i. igniatur tegula, et super aspergatur unum odoriferum. Deinde ponantur præductæ herbæ, super diæ étam tegulam, & ipse calefactæ apponantur matrici qualibet hora doloris, & aduerte, ne matrici applicentur somentationes humidæ, quoniam humiditas multum noe cua est matrici.

Adidem & est secretum, et experietia coper tum est, si ipsius patientis mulieris interiora coxarum uersus uuluam usque quo tangamus collum matricis, inungere cum sequenti

oleo.

Recip. Olei sisamini unc.i.musci sini, gran. x. ambræ gran.iij.dissoluantur hæc in oleo prædicto, er cum eo ca=

lido ungatur, sicut dictum est.

Ad idem, et est optime expertum, inungere totam regionem matricis cum sequenti oleo, & in eo madefacere siltrum, & calidum matrici

applicare conferre.

Recip. Olei de cheiri lib.i olei sambucini unc.iiij.mi=
sce, cum eo calido siat, ut dictum est. Et nota quod
applicare dictum siltrum calidum madefactum in prædi
eto oleo uentri mulicris patientis dolorem ex partu, mi=
rabiliter illos dolores sedat.

Ad idem, & est expertum, si mulieri patienti do lorem matricis assiduetur sequens clystere, mul

tum conferre.

Recip. Arthemisiæ, slorum camomillæ, meliloti, anethi, senugræci, sem. lini, anisorum ana M. i. bulliant in sussicienti quantitate aquæ usque ad consumptionem tertiæ bartis, deinde colentur & de colatura

Recip.

de

ici

12

2.

mi

12

14:

ere &

ici

Mie.

wd

edi

ile

do

城

Recip. unc. x. benedictæ unc. i. byeræ simpl. unc. s.
olei de cheiri unc. iij. uitelli oui numero i. sacchari rubei
unc.i. s. salis communis drach. iij. misce. & siat clystes
re. Quod si mulier patiens dolorem sit in partu sicut
plerunque contingit non debes transire tale clystere, qua
le est infrascriptum, aliter mulieri enixæ nocumentum
induceres non paruum.

Recip. Iuris pulle lib.i.arthemisie, anisorum, florum camomille ana M. s. bulliant insimul usque ad consume ptionem tertie partis iuris, deinde colentur forti expressione, colature adde olei de cheiri unc. iij. uitelle oui numero i.sacchari rubei unc.i. salis communis drach. ij. flat clystere.

Adidem, & est experientia compertum, si do lor matricis diuturnus erit, applicare regioni matricis infrascriptum cærotum erit multum conueniens.

Recip. Matricariæ siccæ, slorum cheiri exsiccat orum ana unc.i.galiæ muscatæ mesuæ, uel alefanginæ pro Pau= peribus unc.s.galbani, bdelij, serapini ana drach ij.oliba= ni, masticis, ana drach i.s dissoluantur gummi in oleo de cheiri, or alia puluerizanda puluerizentur or cum pie ce, or cæra, or modico olei sisamini siat cærotum, cuius quantitas extensa super corium regioni matricis applice tur, or permutetur de octo in octo dies.

#### 170 EMPIRICA BENEDICTI

DE RETENTIONE MENSTRVORVM



VM MEDICVS accersitus fucrit ab initio retentionis menstruorum, si modum cu= ræ sequentis observabit, procul dubio mestrua

aperientur. Igitur primo detur mulieri infrascriptus bo=

Becip. Casiæ nouiter tractæ drach. x. specierum
byeræ simplicis drach ij misce & siat bolus cu saccharo,
sequenti uerò die per horas tres ante prandium, ut uire
tus exoneretur à materia stante sub forma causæ antecee
dentis, seu ab oppilatione existente in ambitu totius
corporis ipsius mulieris, ordina ei phlebotomiam basili=
cæ brachij dextri cum extractione sanguinis unc.iiij.De=
inde duobus transactis diebus per duas horas ante cœnam
phlebotomiam statue ex saphena cruris dextri, cum ex=
tractione sanguinis unc. vi. demum per tres continuos
dies in diluculo detur mulieri patienti retentionem men=
struorum infrascriptus potus.

Recip. Aquæ decoctionis cicerum rubeorum unc. viij.
croci gran. iij. misce, & tepidus exhibeatur, aduerte ta=
men, quod hic modus curæ non siat à medico, nisi cum mu
lier appropinquauerit tempori menstruorum consueto=
rum, & per octo dies ante aduentum eorum hic modus
curæ exerceatur, ubi uerò his menses non reserarentur,
sequenti die saphena in talo pedis sinistri secetur, & st
fuerit necesse post phlebotomiam hanc aperire adhuc
menstrua retenta, iubeo digestionem in materia, & illius
purgationem, consuloque quod per. vij. dies continuos
mulier in diluculo capiat infrascriptum syrupum

Recip.

Recip. Syrupi de quinque radicibus unc.i.de arthemisia, mellis rosati colati ana unc. s. aquarum matri= cariæ, fœniculi, lupullorum ana unc.i. misce.octavo verò die purgetur materia obstruens meatus matricis cum sequenti medicina.

Recip. Diasebesten lenitiui, diacatholiconis ana unc.s. agarici electi drach. ij. reubarbari drach.i.s. infundatur agaricus in oximelle simplici cum modico zinziberis,er salis gemmæ per x. horas: Infundatur quoque reubarba= rum cum modico spicæ in aqua endiviæ, er cum modico uini albi odoriferi per totidem horas. Deinde eorum om= nium fiat fortis expressio, er cum decoctione communi florum of fructuum cum qua bulliat aloes loti ligati in petia drach. i. o fiat potus, qui exhibeatur patienti per duas horas ante lucem. Factis his purgationibus, si per eas menstrua non aperirentur, ad eorum maiorem apera tionem expertum est multum conferre, si dabitur patien= ti infrascriptus potus in uesperi, cum mulier ibit dormi= tum, er in diluculo super ipsum ad minus per boram dormiendo.

17e

liz

100

105

rij.

TES.

to=

this

ill,

5/

105

op.

Recip. Succi sauine unc.ij.purificetur succus, cui adde cassiæ ligneæ subtiliter puluerizatæ drach.ij.croci gran. iiij. aquæ distillationis raphani unc.ij. misce pro duabus uicibus cum modico sacchari, & scias quod istud est for= te aperitiuum menstruorum. quo fit,ut cauere debeas ne mulieri prægnanti ipsum dares, quoniam quecunque pro= uocat menstrua, faciunt abortum.

Ad idem, est secretum, & optime expertum in apertione menstruorum & prouocatione abortus dare mulieri bis in die in ingressu lecti & in diluculo sequentem potum.

Recip.

Recip. Aque pimpinelle unc.iii. Croci gran. ij sace

chari drach ij misce, fiat potus pro una uice.

Adidem, est secretum, & expertum in prouocatione menstruorum, & in exitu scetus mortui, & in prouocatione abortus, & in facilitando partum.

Recip. Boracis mineralis drach.ij. Caßiæ ligneæ scrup.ij. croci gran.iij.puluerizentur omnia subtilißime, & cum quinque uncijs aquæ matricariæ exhibeatur semel in se=

ptimana.

Ad idem, expertum est, & semper ualere in apertione menstruorum dare mulieri alternis diebus immediate ante prandium tres de sequen tibus pilulis, certissime menstrua aperientur.

Recip. Aloes loti drach.ij.cum succo sauinæ siant pi= lulæ numero xxx.de quibus tres dabis mulieri modo dicto

er est expertum.

Ad idem & est prouocatiuum menstruorum expertum, quod si mulier suerit prægnans men strua non aperiet. Si uerò non prægnans suerit,

mox menstrua aperiet.

Recip. Betonicæ, squinanti, cinnamomi, ciperi, assari, nigellæ, cassiæ ligneæ, ireos ana drach. i.ex his stat puluis subtilis, demum cribelletur, or pars grossa, quæ remanet, ponatur in uncijs. xij. uini albi subtilis, or dimittatur in infusione per diem naturalem, deinde uinum sine exprese sione coletur, or dividatur in sex partes, unicuique parti uini appones partem unam pulueris subtilis, et continua bis per sex dies in diluculo, uel (quod melius est) in ueste ri cum mulier ibit dormitum, sic per sex uices, or uidebis apertionem menstruorum sine nocumento.

Adidem,

ai (

class fi fi

HET

#### Ad idem.

Remedium domesticum in prouocatione menstruo arum est, quolibet mane, et quolibet uesperi in ingressu le acti continuare frictiones, incipiendo à coxis, usque ad elauiculas procedere fortiter, or dolorose fricando, or si frictiones sola non contulerint, remedium est appoarere uentosas in domestica parte coxarum, or in plicatura genuum, Quod si expediens suerit, eas scarificabis.

Ad idem.

Expertum est, si uesperi in ingressu lecti, et mane sia ant infrascripta lotiones à coxis infra, procul dubio ape rientur menstrua, si cum ipsis lotionibus in diluculo dea tur patienti infrascriptus potus.

Lotio hac est,

Recip Calameti, pulegij, saluiæ: arthemisiæ, roris maa rini . ana M. i. radicum Ireos, radicum Ebuli, radicum sambuci ana M.s. bulliant omnia in sufficienti quantitate uini albi potentis, usque ad consumptionem tertiæ para tis, er siant dictæ lotiones. Potus que debet mulier asa sumere in diluculo quolibet die, quo siut lotiones talis est.

Recip. Theriacæ antiquæ drach. i.croci gran.iij. aquæ arthemissæ unc.ij.misce, & siat potus. Et nota quod isto potu indubitato aperientur menstrua, si quinque uicibus mulier ipsum capiat, super factis lotionibus prædictis.

Ad idem, & est expertum, & mirabiliter aperit menstrua, si ori matricis imponatur sequens suppositorium.

Recip. Succi mercurialis. unc ij. salis nitri, salis gemz mæ ana drach.i. siat suppositorium longum de bombice, ipsum madefactum in huiusmodi succo ori matricis impone, et repentinam uidebis menstruorum apertionem. Ad idem

#### EMPIRICA BENEDICTI

Ad idem, secretum est, & expertum, si mulieriin ore matricis imponatur sequens pilula.

Recip. Theriacæ antiquæ unc.i. succi sauinæ scrup.i.
misce, of siat adformam pilulæ, of cum digitis imponatur ori matricis, of citissime apparebunt tibi menstruorum apertiones.

Ad idem, si cum traiectorio in matrice pronciatur sequens liquor, statimuidebis aper-

tionem menstruorum.

Recip. Succi sauinæ unc.iij. succi ebuli unc. i. croci drac.i. Aquæ matricariæ lib.s.misce, & cum traiectorio impellatur dictus liquor. Ad idem, si fuerit uirgo, cuius menstrua retineantur, uiro copuletur, fanabitur, si ue= rò monialis fuerit, solicita apponere ori matricis mercu= vialem, menstrua apparebunt.

# DE SVPERFLVO FLVXV MEN= STRVORVM. Cap. XXXIIII.

pio, cuius menstrua prærupta sint plusquam oporteat, consulo, ut tui intentio primo sit ad oppositam regionem sanguinem ipsum reuellere, et istud facies, et bene tibi succedet, et pluribus uteris ingenijs. Vno phlebotomia per apertionem uenarum superiorum. sic igitur phlebotomabis primo basilicam lateris dextri, et paululum de sanguine extrahes, sed tribus continuis diebus eandem reiterabis phlebotomiam, ut et successiva continuata, et paulatina sanguinis diversione natura as suescat ad oppositam regionem. Quod si hac phlebotomia non obserentur menstrua, consulo, ut aperiantur phle botomo

botomo uel alio ingenio narium uenæ. Et hæc est optima cura in retentione menstruorum superfluentium.

Secundum ingenium, quod omnino debes operari, est ap ponere uentosam magnam supra hepatis regionem, alteramq; supra splenem, quoniam solum fiet reuulsto sangui nis à matrice, sed et in opposito loco fiet eiusdem retetio. Et nota, quod diu no debes propinari buiuscemodi uento= sam apponere supra hepar, maxime cum timor est, quod sanguis detentus ab operatione natura derelictus in bepate flegmonem generet. Igitur in dispositionibus be= patis, or stomachi, non debes sic apponere huiusmodi cucurbitulas, quoniam uidi multotiens apostemata gene= rari ex his, or ideo melius est iterare appositionem ea= rum, quam quod longo tempore in illis membris deti= neantur. Ad idem, er tene istud pro certo, quod deriua= re sanguinem ad particulam propinquam matricis, est de his, quæ maxime astringunt menstrua, ueluti si mulieri patienti profluuium menstruorum prouocetur emorrhoi des cum appositione sanguisugarum. Quod si bæc non contulerint, cosulo, ut digeratur materia cum his, que san= guinem ingroffant, ut cum sequenti syrupo.

9

oci

rio

(ta

The .

Cle

400 di

hid

ijs.

m.

tri,

Min.

114 华

A=

Recip. syrupi de succo plataginis, syrupi de succo ace. tofæ, syrupi rosati de rosis siccis ana unc.s. aquarum ace= tofæ, plantagmis, portulacæ ana unc.i. misce, continuato syrupo per septem dies detur mulieri patienti proflu-

uium menstruorum infrascripta medicina.

Recip fem. plantaginis, sem. acetosæ, sem.portulacæ ana drach. ij. mirabolanorum citrinorum drach.ij.s.fem. citoniorum,coraliorum rubeorum, seminu rosarum rubea rum ana drach .i. bulliat in sufficienti quantitate aquæ calibeatæ usque ad consumptionem medietatis,

colentur

colentur cum forti expressione, cum colatura dissolue electuarij rosati Mesua drach.iij reubarbari electi drach. ij.boli armeni scrup.ij. puluerizentur puluerizanda, co siat potus, qui patienti exhibeatur per horam ante lucem. Vbi autem hac non contulerint, uolo, ut habeas pro exaperto, co secreto, quod si patienti prosluuium menstruo= rum per septem dies continuos in diluculo dabis infrascri ptum bolum, optimum tibi succedet iuuamentum.

Recip. Philonij persici scrup.iiij. boli armeni scrup.i. misce, of siat bolus, qui exhibeatur patienti modo dicto.

Ad idem, uolo ut habeas istud pro secreto in obserando supersua menstrua, dare patienti in-frascriptum succum, optimam uidebis operationem.

Recip.Succi Millefolij unc ij.sacchari albisimi drac.i. misce & detur patienti in diluculo

Adidem, expertum eft, & te excusabit ab ul -

teriori operatione.

Recip. Trochiscorum de terra sigillata scrup.i.trochi scorum de carabe drach.i.misce, of siat puluis subtilis, qui exhibeatur mulieri tribus diebus alternatis in dilucu lo dissoluti in uino nigro stiptico quantum sufficit.

Ad idem, expertu est, si detur mulieri drach. i. sequetis pulueris, citam uidebis menstruorum

clausionem.

Recip. Pellicularu interioru corticum nucis auelanæ syluestris immediate super nucleum existentis unc.s. siat puluis subtilissimus, qui exhibeatur modo dicto.

Adidem.

Si mulieri patienti diuturnum profluuium menstruo.

rum applicetur uentosa magna in hepatis regione continue

tinue per xy. dies continuos hora una, sanabitur à proflue uio menstruorum.

the th

0

dt.

the

WO:

Gri

φi,

iffo.

oin

111/

12.

ac.L

DI.

ochi

ilis,

incs

ech.

um

1112

5. fi4t

11100

COME

timie

Adidem, expertum, si multeri patienti diuture num fluxum mestruorum applicare intra duos renes cærotum sequens, & pectini mulieris patientis profluuium menstruoru, multu coferre.

Recip. Boli armeni, terræ sigillatæ, sanguinis draco=
nis ana unc.s.thuris, masticis, mirrhæ, ana drach.ij.pillo=
rum leporis combustorum, pillorum Talpæ combusto=
rum ana drac.i.s.acatiæ, hypoquistidos ana drach.i.semi
nis acetosæ, seminis plantaginis, seminis portulacæ, semi=
nis citoniorum ana drach.ij.s. puluerizentur omnia sub=
tiliter, & cum oleo rosato omphacino incorporentur
pulueres, deinde cum pice, & cæra quantum sufficit
siat macdaleon, cuius quătitas extensa super corium ap=
ponatur dictis partibus mulieris, & non remoueatur
ab ea per sex dies continuos, deinde reiteretur.

Ad idem, expertum est, quod si mulier per decem dies continuos, cuius sluxus menstruorum est diuturnus, capiat mane, & uesperi ante cibum unam de infrascriptis pilulis, sanabitur à sluxu menstruorum.

Recip. Olibani, mirrhæ, masticis, ana drach.i.boli are meni drach. s. puluerizentur omnia subtiliter & cum succo citoniorum siant pilulæ numero x.

Adidem, expertum si mulier suffumigetur

sequenti suffumigio multum conferre.

Recip. Vngulæ asini, uel equi, unc. i. pellis anguila læ exsiccatæ unc. s. Thuris, masticis, ana drach. ij. pulæ uerizentur omnia subtiliter, & cum succo citoniorum fiant pilulæ ad formam auellanæ, Deinde mane & uespez m ri in ri in affella suffumigetur uulua mulieris.

Ad idem, expertum, si mulier quolibet uespe ri in ingressu lecti inungat sibi plantas pedum cum squenti linimento, curabitur à prosluuio

tric

die

pro pri

menstruorum.

Recip. Succi plantaginis, succi solatri, succi semper uiuæ, ana unc. s. Coraliorum rubeorum, Thuris, masticis ana drach.i. s. coriandrorum præparatorum, seminum ro sarum rubearum ana scrup. ij. seminum iusquiami al=bi:corticum radicum mandragoræ ana drach. s. aceti ni gri fortissimi unc. s. puluerizentur puluerizanda sub=tiliter o omnia misceantur, o eo tepido leniantur plantæ pedum modo dicto, o optimam uidebis exeperientiam.

Ad idem, expertum est, & secretum, si mane, & in ingressu lecti, mulier capiat tres de infra scriptis pilulis, & super bibat haustu uini nigri,

Recip. Trochiscorum de carabe, de terra sigillata, de spodio, ana drach. i. misce. Et cum succo cito= niorum siant pilulæ numero xviij. & capiat mo= do dicto.

Ad idem, dare mulieri per septem dies continuos in diluculo drach. n. Triferæ descriptione phenonis multum ualet.

# DE MATRICIS PRAEFOCATIONE Cap. XXXVI.



D PRAEFOCATIONEM matrie cis, si fuerit ex retentione menstruorum, sicut frequenter contingit, tunc curam babeas aperiendi aperiendi menstrua, si uerò fuerit ex apostemate matria cis curam uidebis cum loquemur de apostematibus maz tricis. Si uerò fuerit ex retentione spermatis curam hoz die habe bis.

io

DOT!

icis

10

de

tini

tir

CXE

ine,

ifra

gri.

444,

ttoe

1100=

Mile

one

NE

utile

m,

sheds

Ad præfocationem ex retento spermate.

Sublimis cura, o infallibilis, o bene experta est, prohibere spermatis generationem cum syrupis appropriatis digerentibus & cum euacuatione, de qua dicemus modo. Et aduerte, quod in præfocatione matricis à spermate retento non debes uti phlebotomia, quoniam ipsam mirum immodum infrigidat matricem, of sic ipsa maz gis infrigidata minus poterit resistere generationi ma= lorum uaporum à spermate, o hoc tibi dico in actu præ focationis matricis, in praseruatione uerò ab ea consulo, ut docet experientia, quod ipsa mulier solita pati talem præfocationem quater in anno phlebotometur, or quin= quies uel sexies, secundum abundantiam sanguinis in ea, quoniam diminuto sanguine, minuetur propria materia generationis spermatis, cum uerò mulier esset prægnans non phlebotomabis eam, quia accidentia seuiora inualescerent.

Ad idem, expertum, ubi adhuc stante sluxu menstruorum mulier esset præsocata à sola sper matis retentione, si dabitur mulieri infrascripta confectio multum conferre, immediate super bi bendo infrascriptum potum.

Recip. sem. agnicasti, sem. portulacæ, sem. acetosæ ana drach.i.sem.menthæ, sem.calamenti, ana scrup. ij. pul uerizentur omnia subtiliter, o cum saccharo dissoluto in aquamenthæ quantum sufficit, siat confectio in rotu lis iij.drach. pro qualibet, una quarum mane, o uesperi

m ij dute

ante cibum per horam detur patienti mulieri.deinde sua perbibat immediate infrascriptum potum.

Recip. Aque menthe unc. iij. uini citoniorum unc.s.

misce, of fiat potus.

Adidem, cum fuerit à spermate retento.

Recip. Aceti fortisimi unc.ij. salis gemmæ, salis ni= tri ana drach.ij.misce, o in hoc liquore intingatur sup= positorium magnum factum ex bombice, o matrici im ponatur, ualet hoc, o bene expertum est.

Ad idem, quod si mane & uesperi abluantur crura mulieris cum sequenti lotione multum

conferre.

Recip. Radicum Ireos, radicum calamenti, radicum ciclaminis ana M.i. bulliant in sufficienti quantitate uini potentis usque ad consumptionem medietatis, deinde co=lentur, co colatura usui seruetur.

Ad idem, expertum non solum in præsocatione à spermate, sed à quacunque alia causa, ubi patiens utatur infrascripto balneo, sedendo in eo mane, & uesperi, per tempus ad minus

unius horæ.

Recip. Matricariæ, florum camomillæ, calamenti, abro tani, anisorum, carui, dauci ana M. i. sem. acetosæ, sem. agni casti, coriandrorum præparatorum ana. M. s. bul=liant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consum=ptionem quartæ partis, deinde mulier sedeat in dicta deecoctione, postquam exierit ex huiusmodi balneo inungat sibi immediate partes domesticas coxarum, cum sequenti unquento.

Recip. Galliæ muscatæ drach. i.olei sisamini drach. i. s.cæræ albæ quantum fufficit,& fiat linimentum, cum

quo non

TUE

una

mu

fi

to fo

m

ho

quo non solum coxas, sed & intrinsecas partes uuluz

usque ad collum matricis inunges.

Ad idem, a quacunque causa & est expertum, & secretum, dare patienti quolibet mane unam de sequentibus pilulis stomacho iciuno, multum conferre.

Recip. asse fœtidæ drach. i.daucidrach. s. omnia in= fimul misceantur cum melle rosato, of fiant pilulæ nume ro v.et istud ualet in curatione, et in præseruatione à præ focatione matricis.

Ad idem, expertum est, si detur qualibet septi

mana una vice sequentes pilulæ.

Recip. Pilularum aggregatiuarum dr ch. s.assæ fæti dæ,castorei,ana scrup.s.misce & cum melle rosato siant

pilulæ numero iij.

:00:

car

NUS

dro

cm.

buls

VIII:

Adle

mgst

HEIRT

ch. i

11015

Ad idem, ualens præfocationi in effectu, & ne mulier cadat in eam, dare quotidie per tres horas ante lucem in præferuatione, & qualibet hora in curatione, infrascriptam pilula mulz tum conferre.

Recip. Asse fœtidæscrup i.mithridati optimi scrup.ij misce, & siant pilulæ numero tres, quarum una detur mo

do dicto.

Adidem, & mulieri præfocatæ, & in præferuatione à præfocatione ualet, dare infrascris ptum bolum, & multum confert.

Recip.. Terbentinæ lotæ, cum aqua matricariæ drach. iij.dauci scrup. i misce cu modico mellis rosati siat bolus,

qui exhibeatur modo dicto.

Ad idem, & à quacunque causa prouenit, secretum est, dare mulieri infrascriptum bolum m iii alternis alternis diebus. & in curatione, & in præseruatione multum conferre.

Recip · Agarici electi scrup.ij.terbetinæ drach.ij.sem. dauci,asse fœtidæ ana scrup.s. misce, or siat bolus, qui exhibeatur modo dicto.

Ad idem, si dabis mulieri infrascriptum potu liberabis eam à prefocatione actuali, & præseruabisà futura.

Recip. Aquæ distillationis radicum dauci.i. pastinacæ Syluestris unc y mellis rosati unc.i. s.misce.et huiusmodi potus excusabit te ab exhibitione aquæ balnei ipsts præfocatis.

Ad idem, fi suffumigabis nares ipfius mulieris in hora præfocationis sequentisuffumigio, statim relevabitur mulier à præfocatione.

Recip. Castorei drach. ij. capillorum dicta mulieris præfocatæ drach i misce cum resina pini, siant pilulæ ad modum quellanæ, cum una quarum suffumigetur mulier modo dicto.

#### Ad idem.

Recip. Assæ fætidæ, Euphorbij, castorei ana drach. i. misce, of fiat pilula ad forma auellana, or suffumigetur modo dicto.

Adidem, ualet si mulieri quolibet maneper quatuor horas ante cibum, detur infrascriptus potus.

Recip. Aque rosate unc.iij.syrupi de corticibus citri unc.i specierum aromatici rosati unc. i. s. musci optimi gran.ij.misce, of siat puluis, qui cum prædicta aqua de= tur mulieri modo dicto. Et de his satis.

# DE EXITY MATRICIS.

A D EXITVM matricis compertum est, quod si mulier cum digitis inunctis in sequenti oleo pellatur sursum collum matricis. Demum imponedo infrascriptum puluerem in collo ipsius matricis mirabiliter conferre

Reci p.Olei masticis, olei rosati omphacini, ana unc. ij.cu prædicto oleo impellatur matrix sursum, puluis quo debet collum matricis super aspergi.

Talis eft.

todi

offs

ed

b. i.

per

cri

citri

X [=

Recip. Cupularu glandiu, balaustiaru, corticu granato ru, granorum mirthi ana scrup.i.thuris, masticis, acatia, bypoquistidos drach.s. misce et siat puluis subtilissimus.

Adidem, si regioni matricis in aluo mulieris imponatur sequens cerotum, idem quoque po natur in dorso mulieris de directo matricis usquad duas anchas satis ualet.

Recip. Seminum acetosæ, seminum plantaginis, co=
riandrorum præparatorum ana drach.ij.coraliorum ruæ
beorum, seminum rosarum rubearum ana drach.i. Hye
poquistidos, acatiæ, thuris, ana drach.i.s.gallarum, cortiz
cum granatorum, balaustiarum ana drach.ij.puluerizen
tur omnia subtiliter, or densentur pulueres cum oleo roa
sato omphacino, deinde cu cæra et pice quantum sufficit
siat cærotum. quod extensum super corium in locis dictis
imponatur.

Ad idem, si mulieri patienti exitum matricis quolibet mane assumpto infrascripto liquore co festim imponatur magna uentosa infra umbilicu

m iiij immediatė

immediare, & ipsam perhoram detineat bene confert. Liquor Talis est.

Recip. succi citoniorum, succi mirtillorum ana unc.ij. coraliorum rubeorum, boli armeni ana drach. i pulueri=

zentur omnia puluerizanda, o detur mulieri.

Ad idem, apponere cerotum factum ex galia muscata mesuæ ipsi umbilico, plus tamen stoma chum uerfus, multum ualet.

#### DE APOSTEMATE MATRICIS. Caput. xxxVIII.

D APOSTEMA MATRICIS, & apostema in initio sui fuerit, phlebotomabis mu lierem ex uena nigra brachij dextri, er tanto copiosius, quanto mulier erit plena malis humoribus. Tali enim euacuatione sanguinis, totum exonerabitur corpus à causa antecedente ipsius apostematis, ut inde re siduum materiæ existetis in matrice, natura ualeat resol. uere, deinde intercedente die phlebotomabis saphenam dextripedis, es tanto plus de sanguine extrahes, quanto mulier erit sanguinea temperatura, or abundantior erit materia in matrice.

#### Adidem.

His celebratis phlebothomijs, expertum est, quod dige rere materiam facientem apostema infrascripto syrupo, er eam euacuare infrascripta medicina multu coferre. Syrupus talis eft.

Recip. Syrupi de duabus radicibus, or hoc si materia apostematis fuerit frigida, sicut ut in pluribus contingit, quoniam materia generationis apostematis matricis ut plurimum ne

71

ige

00,

ris

fati colati ana unc. s. aquarum arthemisiæ, lupulorum, buglossæ ana unc. i.misce, er utere per septem dies continuos, octavo uerò die purgetur materia sequenti medicina.

Recip. Diasenæ lenitiui unc. i. confectionis amech.
drach.ij.electuarij indi maioris drach.i.uel minoris, secuna
eundum fortitudinem uirtutis patientis, dissoluantur
omnia cum decoctione matricariæ, epithimi, polipodij, so
liculorum senæ quantum sufficit, of siat potus.

Ad idem, si mulier utatur semel in septima na infrascripta potione, præseruabitur ab apostemate matricis, & curabitur ab instante apostemate.

Recip. Succi lupulorum unc.i. s. succi buglossa unc.s.

Epithimi subtiliter puluerizati drach.ij. aqua decoctioa nis polypodij, es scena unc.ij. es siat potus, qui calidus patienti exhibeatur. Ad idem, si detur mulieri patienti apostema matricis bis in septimana unc. ij. succi sumi terra cum unc.iiij.aqua termentilla, ipsam curabis.

Adidem,

Si mulier quotidie stomacho iciuno utatur decoctione mirabolanorum indorum & emblicorum cum unc.i.succi fumi terræ, subitò proculdubio præseruabitur à futuro apostemate matricis, à præsenti curabitur.

Ad idem.

Si mulieri patienti apostema matricis, quod utique terminandum est per uiam resolutionis, or non per uiam suppurationis, expertum, si frequentent cucurbitulæ sua per coxas, or in plicatura genuum ad minus bis in septi= mana cum scarificatione multum conferre. Et recordare quod

quod in curatione apostematis matricis non debes uti friz gidis repercussiuis, quoniam matrix est membrum nerz uosum, cui frigida admodum nocua sunt, tunc etiam quod ipsis frigidis materia magis compingitur, or apostema concrescet. Quapropter expertum est, si matricis apostez mati applicetur sequens emplastrum, multum conferre

ad ipsius resolutionem.

Recip. Florum camomille, meliloti, matricarie; folio = rum malue cum radicibus uiolarie, Branche urstne ana M.i. radicum althee minutim incise unc. iij. bulliat in suf = sicienti quantitate aque usque ad consumptionem medie tatis. Deinde adde farine seminis lini, farine scenugreci ana M.i. butyri, pinguedinis anatis, pinguedinis galline ana unc. s. olei anethi, decoctionis matricarie ana quane tùm sufficit ad impinguandum emplastrum, or recordare quod somentationes humide (ut expertum est) in egritue dinibus matricis obnocue sunt. Ideo in actu practico quantum potes illas caue.

Adidem, est expertum, si mulier assiduet se-

cis resoluetur.

Recip, Succi camomilla uiridis, succi matricaria ana unc.ij.emplastri de meliloto lib.i.misce, & loco aposte=

mato applicetur.

Ad idem, si apostema matricis ungatur cum sequenti unguento, demum ei super aspergatur puluis sequens, illius apostema resoluetur. Vn-guentum tale est.

Recip. Succi altheæ, succi ireos, succi matricariæ ana unc ij.bdelij, oppoponacis, galbani ana drach. ij.dissolu an tur gummi cum prædictis succis, es cu modico cæræ fiat

unguentum

unguentum molle, ungatur cum isto unguento calido tos ta matricis regio, & statim super aspergatur ei puluis sequens.

Recip. Radicum zedoariæ exsiccatarum, galangæ, anæ drach. ij. ligni aloes, macis, nucis muscatæ ana drach.i. carui, dauci, ameos ana drach.i.s.misce, et siat puluis subatilis.

Ad idem, si mulieri applicetur sequens cæro tumin loco apostematis matricis, multu cofert.

Recip. Diaquilonis sine gummis unc.vi. cæroti ysopi unc.i.croci drach.ij.succi matricariæ unc.i.s. cum cæra,et modico rasinæ pini,siat cærotum,quo utere modo dicto.

i

re

m

014

Ad idem, si sequens liquor sæpius in matrice mulieris imponatur, plurimum confert.

Recip. Succi altheæ unc. iij. lactis ouini unc.ij. croci drach.i.misce, or imponatur modo dicto. Quod st aposte mata matricis noluerint obedire resolutioni, sed etiam cum his alijs ad suppurationem apostemata perueuerint, tunc disrupto apostemate ijs medicaminibus, quibus ute=bamur ad disruptionem apostematis stomachi, curabimus matricem cum curatione ulcerum eius.

### DE VLCERIBVS MATRICIS. Cap. XXXIX.

A D V L C E R A matricis, facta quidem ex supa purato, or disrupto apostemate, Primum remea dium debet esse abstersiuum, mundificatiuum, lotiuum, or in hoc expertum est sequens medicamentum. Recip. Aquæ fontisclaræ lib.ij. ordei non excorticatium. unc.iij. mellis rosati unc. iiij. misce, or inuicem bulliant

quousque

quousque tertia pars aquæ consumpta sit, deinde colenatur, es cum colatura quater in die cum proprio iniecto=rio inijciatur aqua ista tepida, es aduerte, quod quæ friz gida sunt, non debent ad intus matricem efferri, quia matrix neruosa est, cui frigiditas nocua est: continuata iniectione prædicta aquæ per tres dies continuos, intentio tui tunc temporis sit ad consolidandum. expertum est per me sequens medicamentum multum conferre.

Recip. Lactis mulieris unc. iiij. olei rosati completi unc.ij.tutiæ præparatæunc.s.aloes drach.ij.omnia simul mortario plumbeo bene ducantur, quousque siat unguen tum molle, cuius portio aliqua dissoluatur in aqua ordei, pluries in die in matricem inijciatur per collum eius.

Ad idem confert, si sequens medicamentum

in matricem mulieris innciatur.

Recip. Terbentinæ lotæ cum aqua matricariæ unc.iij. olei rosati unc.ij.litargirij argentei unc.i mirrhæ, aloes ana drach. ij. tutiæ drach. i. s. omnia simul in mortario plumbeo bene ducantur, quo usque siat unguentum molle, cuius portio dissoluta in lacte ouino uel uaccino imponatur, or uidebis iuuamentum.

Adidem, ualet si matrix syringatur cum se-

quenti liquo re.

Recip. Vnguenti de tutia communis unc.ij.lactis ouini unc.viij.misce, or unguentum optime dissoluatur, or cum

prædicto matrix fyringatur-

Ad idem, si mulier in tempore, quo siunt remedia localia prædicta, alternis diebus utatur stomacho iciuno de mane per quatuor horas ante cibum infrascripto bolo satis ualet.

Recip. Terbentinæ ter lotæ in aqua matricariæ drach. iij.yfopi sicci subtiliter puluerizati drach.i.s.mellis rosa. ti drach.i.misce, or fiat bolus, qui exhibeatur modo dicto.

Ad idem, ualet, si per tres horas ante cibum fromacho ieiuno mulier capiat per decem dies

continuos potum infrascriptum.

10

m

iii.

Ce,

Recip. Lactis ouini recenter muncti unc.vi. mellis roa sati unc.i.misce, o detur patienti ut supra. Et hæc de ule ceribus matricis.

DE SVPERFLVO FLVXV SVPER FLVITATVM ALBARVM A trice. Cap. x L.

VPERFLVITATES albæ,quæ solent per uiam menstruorum à matrice defluere, eorum coniuncta causa, est mala concoctio fa=

eta in ipsa matrice propter id, quod ad nutriendum matricem transmittitur non debite concoctum, conuertitur in talem albam superfluitatem, uel ad ipsam matricem per consensum à superioribus mebris, capite uidelicet, sto macho, or hepate, confluent superfluitates, quas natura matricis imbecillis nequit resoluere, sed ipsæ derelictæ ab opere naturæ convertuntur in superfluitates albas, & exeunt huiusmodi superfluitates medicus autem debet dignoscere complexionem harum superfluitatum, or ex colore maxime. Nam si superfluttates illæ fuerint albæ, uel albæ, or aquosæ, attestabuntur dominio humoris pi= tuitosi in matrice abundantis, quem natura nequit regua lare. Si uerò citrinæ fuerint attestabuntur dominio bi= liosi humoris in matrice existentis, qui defectu uirtutis matricis Recip.

matricis uertitur in superfluitates matricales. Si uero fuerint nigri coloris humore melancholico attestabuntur. Quapropter secundu dominiu humoris peccatis, medicus debet curare supfluitates albas exeutes à matrice, quonia potius alba dicuntur, cum fere semper aliquid humoris pituitosi per uia indigestionis illis misceatur, euacuatio= ne tamen directa ad humorem, quem manifestabit color illarum superfluitatu. quapropter ad superfluitates albas subrubeas effectas, sublime remedium est phlebotomia basilica, asidue quidem facta semel in mense, tribus con= tinuis mensibus. Demum uerò rectificare sanguinis com= plexionem, or fortificare uirtutem hepatis, ut sanguis ab co fluens, sit pro alimento idoneus, or non pro gene= ratione superfluitatum, or quia rarissime superfluitates sanguineæ albæ àmatrice nascuntur, ideo de his non tan= tam habebit medicus solicitudinem, quantam habebit de Superfluitatibus albis à dominio choleræ, uel à dominio flegmatis cu magis cotingat mulieribus, observabis igitur.

PRIMO, in cura superfluitatum albarum ad chole= ram citrinam uergentium, euacuationem exonerantem

membra à communibus.

SECVNDO.cocoquas materiam facientem morbum, quæ est cholera.

TERTIO, euacuabis eradicando materiam illam.

intus assumuntur, quam per ea, quæ extrinsecus applican tur. observato ad hæc, quod tota tui intentio sit in uigorando facultatem concoctricem ipsius matricis.

PRIMO igitur, lenius uentrem mulieris sequenti me-

liest humoris in marrice e Recuties, qui describ un un

dicina

拉智

0

dill

di ili

ficci

Recip. Floris casia nouiter tracta unc.i.mirabolano. rum citrinorum subtiliter puluerizatorum drach.ij.misce er fiat bolus cum saccharo, qui exhibeatur mulieri in diluculo, o septem diebus continuatis, sequenti die dabis ei infrascriptum syrupum.

Recip. Syrupi de succo acetosa, syrupi rosati de rosis siccis, syrupi mirthini, mellis rosati colati ana unc.s. aqua= rum plantaginis, acetofæ, endiuiæ ana unc.i.misce.

Et nota, quod in syrupis couenietibus superfluitati ala bæ cholericæ ex matrice flueti debet esse tres intetiones.

PRIMA, quod alteretur mala complexio calida hepa

tis generantis choleram.

SECVNDA, quod corrigatur malitia flegmatis.quod semper peccat, etsi à subdominio sit in his superfluitatia bus cholericis.

TERTIA, quod semper aliquod uestigiu stipticitatis derelinquat in membris, or humoribus, er sic in prædicte fyrupo ista tres intentiones babenda sunt,ut patet intuen ti,octauo uerò die mulieri patienti detur infrascripta mez dicina.

Recip. Diacatholiconis drach.vi.electuarij succi rosaa rum drach.i.s.reubarbari electi drach.i.non apponas spi= cam, quoniam praparat reubarbarum magis aperire, nos autem attendimus stipticitati, mirabolanorum citrinoru drach.i.s.puluerizentur puluerizanda subtiliter, & cum decoctione communi florum, or fructuum quantum suffi= cit, fiat potus, or bæc pro digestione, or euacuatione causæ antecedentie superfluitatum à matrice cholericarum.

Si uerò, sicut plerunque contingit, superfluitates ista matricales alba ab abundantia pituitosi humoris initium trahant, tunc principium curæ sit primo leniendo, et uias communes dantiam pituitæ euacuando. Primo igitur, dabis patienti

infrascriptam medicinam.

Recip.diasebesten lenitiui drach. vi. medullæ cartami drach.i.s.misce cum melle rosato, es siat bolus, qui exhibeatur in diluculo, sequenti uerò die, es per septem dies continuos, dabis patienti infrascriptum syrupum, es multum ualet hic syrupus in slegmate, es in confortatio ne capitis, es stomachi, à quibus potisimum oritur pituita.

Recip. Syrupi de betonica, de duabus radicibus, mela lis rosati collati ana unc.s. aquarum betonica, saluia, fœniculi ana unc. i. misce octavo verò die dabis patienti

infrascriptam medicinam.

Recip, Diarob cum Turbith unc.s.dissolue cum aqua decoctionis capillorum ueneris, saluiæ, hysopi, et betoe nicæ, et patienti detur. Si uerò tibi occurrant super=fluitates albæ matricales uergentes in suscum, liuidum, uel nigrum colorem, dijudicabis illas oriri à melacholia, quæ dispositio et si deterior cæteris sit, eius tamen cura tionem negligere non debes.dabis igitur patienti mulieri insrascriptam medicinam.

Recip. Diasenæ lenitiui unc.i.mirabolanorum indoru puluerizatorum drach.ij.misce,et siat bolus cu saccharo, sequenti uerò die dabis per septem dies continuos patie= ti melancholicas supersluitates matricis infrascriptum

Grupum.

Recip. Syrupi sabor regis, de epithimo, de lupulis, mellis rosati colati ana unc.s.aquæ mellissæ, buglossæ, lupulorum ana unc.i.misce.octauo uerò die patienti dabis infrascriptam medicinam.

Recip.

Recip.Diasenæ lenitiui, diacatholiconis ana unc. s.mi= rabolanorum indorum drach. i. s. confectionis amech. drach.ij. puluerizentur puluerizanda, gr cum decoctio= ne communi florum gr fructuum, cum qua bulliant foli= culorum senæ, polypodij ana drach.ij. gr fiat potus, qui detur patienti per duas boras ante lucem.

mi

ics

ul

10=

tir

itla

M,

Wr4

ICT.

ork

mo,

ilk,

Ad fluxum superfluitatum albarum à matrice à quacunque causa, expertum est, sequen= tem confectionem multum conferre.

Recip. Coriandrorum præparatorum, sem. acetosæ, sem.plantaginis, sem. agni casti, ana drach. i. Terræ si=gillatæ, boli armeni ana drach. s. specierum aromatici rosati drach. ij. specierum diadraganti frigidi drach. i. puluerizentur omnia subtiliter, co cum saccharo disso=luto in aqua plantaginis quantum sufficit, siat confectio in rotulis, drachmarum. ij. pro qualibet, quarum una quolibet mane per tres boras ante cibum detur patien=ti, super quam immeditate capiat haustum uini nigri stiptici, co tantundem in uesperi ante cibum.

Ad idem expertum est, sequentem confectionem breuissimo tempore ægritudinem illa curare, si patienti mulieri dabis eodem modo quo prima.

Recip.Gummi arabici, dragaganti, amidi ana drach.ij.
masticis drach.i. puluerizentur omnia subtiliter & cum
saccharo optimo dissoluto cum succo citoniorum siat
confectio in rotulis, duarum drachmarum pro qualibet.

Ad idem, & est expertum, optime curare ægritudinem istam, si detur patienti mane & uesperi bolus infrascripti electuari.

Recip. Scoriæ ferri præparatæ, & subtilissime pul= uerizatæ unc. iij. pulueris Trochiscorum de carabe drach.ij. omnia subtilissime puluerizentur, & cum mel= le decoctionis seminis acetosæ siat electuarium, cum quo uidebis optimam experientiam in his supersluitatibus albis.

Adidem, & est expertum, optime ualere im= mo secretum est, cum quo curaui multas mulieres ab hac dispositione, si mulieri quolibet mane stomacho ieiuno detur bolus infrascriptus per sex horas ad minus ante cibum.

Recip. albuminis oui recentis. T non cocti numero ij. Thuris masculi, boli Armeni, terræ Sigillatæ ana drach.s.puluerizentur puluerizanda, misce, et patien

ti exhibeatur.

Ad idem, & est expertum. & secretum, & cu eo indubitato curabis hanc ægritudinem, si pa tienti mulieri dabis per xv. dies continuos in di luculo infrascriptum potum.

Recip. Vini rubei stiptici extinctionis calibis pluries in co unc.iiij.gummi arabici,dragrganti ana drach s.

misce, of siat potus, qui detur modo dicto.

Ad idem confert puluis sequens, si mulier patiens ceperit drach. i. in diluculo, aliam uero drachmam in ingressu lecti dissolutam in uino rubeo stiptico.

Recip. Lapidis emațitis torrefacti, cornu cerui usti, coraliorum rubeorum ana drach.i.s.misce, siatque puluis

a heli abelek soloik insel

subtilißimus.

Adidem

Ad idem, expertum est, si dabitur patienti sequens puluis modo prædicto, sanabitur à supersuo sluxu menstruorum alborum.

Recip.Osium dactylorum & subtiliter puluerizato= rum unc.s.sanguinis draconis drach.i.misce,& siat pul= uis subtilis.

Ad idem, bene expertum est, si detur sequens puluis modo prædicto.

Recip. Osium granorum granatorum acetosorum torrefactorum unc.ij.thuris drach.ij.misce & siat puluis subtilissimus.

et

cũ

pa di

bs.

191

100

ufti,

dis

dem

Ad idem, & est expertum, & re ucra multum confert in ablatione menstruorum alboru & est, si mulier susfumigetur in uulua sequenti susfumigio.

Recip. Aceti nigri fortisimi lib.iij.marchesitæ lib. i corticum pinearu lib.s bulliant omnia insimul, mane wuesperi ante cibum suscipiat mulier fumum per embo tum usque ad collum matricis.

Ad idem, & istud est bene expertum, & bene ualet, si mulier mane & uesperi, abluat
sibi uuluam, usque ad os matricis, cum sequen=
ti uino.

Recip. Vini nigri stiptici lib.ij.scoriæ ferri lib.i.bula liant simul usque ad consumptionem tertiæ partis uini, deinde colentur, co cum prædicto uino calido abluatur membrum, ut dictu est. Et aduerte, quod in quantum posibile est debemus cauere mulierem sedere in aqua, uel in alia re frigida co humida, quoniam per ea laxabutur ligameta matricis, co præcipitabitur matrix, co est pesa simus lapsus.

n ij Adidem,

Ad idem, & expertum, sequens unguentum bene ualere, si cum eo inungatur dorsum mulie

ris,& totum pecten.

Recip. Succi solatri, succi semper uiue, succi planta ginis ana unc.i.olei mirthini, olei rosati omphacini, olei masticis ana unc.s. coraliorum rubeorum, sem. rosarum rubearum, serici combusti ana drach.i. boli armeni, ter= ræ sigillatæ, pilorum leporis combustorum ana scrup.ij. omnia subtiliter puluerizetur, et cum modico cæræ fiat unguentum molle.

### DE ARDORE VRINAE.

VM ARDOR VRINAE, potisi= ; mum à calore pungente, uel à flegmate salso originem trahat, quo fit, ut collum uesica, co canalis uirga ulcere afficiantur corrosiuo. Ideo experientia compertum est, quod si humor ille ardorem fa= ciens deriuetur ad aliam regionem suæ euacuationis. uidelicet ad anum, optima perficieretur cura. Primo igitur detur patienti infrascriptus bolus uidelicet.

Recip. Casia nouiter tracta unc. i. liquiritia sube tiliter puluerizatæ drach.i. diaprunis solutiui drach.i.s. misce, et siat bolus cum saccharo, qui patienti exhibeatur

in diluculo.

Ad idem expertum est, quod digerere mate riam cholericam cum sequenti syrupo remitté te acuitates humoris facictis ardorem, multum confert. Syrupus ralis est.

Recip. Syrupi uiolati, de nenufare, ana unc. i. aquarum plantaginis, portulacæ, sem. communium frigidorum ana unc. i.misce.

Ad idem, expertum est, quod sollicitare infra scriptum potum ante prandium per tres ho ras, & in meridic, multum conferre.

Recip. Aquæ maluæ unc. iiij. syrupi uiolati unc. ij. misce.continuabis per septem dies bos potus,octauo uerò die capiat infrascriptam medicinam.

Recip. Diasebesten lenitiui unc. i. diaprunis solu= tiui drach.i. s. misce, fiat potus cum aqua decoctionis pectoralis.

Adidem, est expertum quod euacuato corpore si æger assiduabit per x.dies continuos in frascriptum potum proculdubio sanabitur.

16

0

is.

ate

Recip. Aquæ fontis claræ lib.x.cicer um rubeorū lib. i.s.bulliant insimul usque ad consumptione tertiæ partis aquæ, deinde colentur, colaturæ adde liquiritiæ rasæ, subtiliter incisæ unc. i. foliorum maluæ cum radicibus, radicum altheæ mundæ, radicum graminis, agrimoniæ, cu scutæ ana M.i.Iuiubarum, sebeste ana numero x.sem.mela lonum mundatorum unc.ij.granorū alchechengi M.s.granorum solatri unc.s.osium nespilorū contusorum drach. iij.milisolis unc.s.bulliant omnia usque ad consumptione tertiæ partis aquæ, co sic utere.

Recip. Iuris prædicti colati unc.yi.sacchari duaru coa etaru unc.i.s.misce, et detur patienti in diluculo, es super dormiat per horam.

Ad idem, & est expertum, si em orrhoides consuete essent in patiete ardorem urinæ, earu apertionem ipsum sanare.

D GOMOREAM primo expedit corpus euacuare, ut materia ad oppositam regionem de

riuetur cum sequenti medicina.

Recip. floris casia nouiter tracta unc i. electuarij succi rosati drach. ij. misce, & fiat bolus cum saccharo, demum digeratur materia,ut melius purgetur cum seque ti syrupo,quæ materia,cum secundum plurimum sit cho= lerica, uel ad minus calida propter putredinem sperma= ti acquisitam, conueniet syrupus digestiuus materiæ cho lericæ, in quo sit facultas stipticandi uias, per quas tran= sit semen ipsum.

Syrupus talis est.

Recip. Syrupi myrthini, citoniorum, de succo acetosæ ana unc. s. aquarum plantaginis, portulace, acetose ana unc.i.misce. Quod si materia exiens fuerit frigida, si= cut cotingit aliquando cum Gomorea sit ex aliquo sper mate aquoso facto, or tune cognosces hoe, quoniam in exitu spermatis no percipies caliditatem, non pruritum, non ardore, non mordacitatem. immo insensibiliter ex uirga exit, tunc dabis infrascriptum syrupum.

Recip. Syrupi de sticados, unc.i. syrupi rosati, mellis rosati col.ana unc.s.aquarum betonicæ, saluiæ, buglossæ, ana unc i.misce, o nota cum secundum plurimum mate ria faciens gomoream sit mixta ex subtili calida aquosa frigida, propter hoc dabis secundum plurimum syrupos mixtos ex habentibus respectum ad aquosita= tem frigidam spermatis, or ad aliqualem cholericitatem eiusdem.digesta igitur materia dabis patienti infrascri=

ptam medicinam per horam ante lucem.

Recip.

Recip. sem. plantaginis. sem. acetosæ. sem. agni casti, co=
riadroru præparatorum ana drach. ij. corticum mirabo=
lanorum citrinorum, indorum, chebulorum, ana drach.
iij. Turbith gummosi subtiliter puluerizati & ligati in
petia drach. i. bulliaut omnia in suff. quant. aquæ calibea=
tæ, usque ad consumptionem medietatis, & cum colatura
dissolue, reubarbari electi subtiliter puluerizati drach. ij.
Diacatholiconis unc. i. siat potus, & detur patienti mo=
do dicto. Et hæc medicina ualet in gomorea calida, &
frigida, & plurimum ualet, cum contingit illi incendium
er ardor.

Ad idem, et expertum est, quando gomorea est à materia frigida aquosa, si detur patienti bis in die ante cibum per duas horas
drach. 

ii. sequentis confectionis, statim bibendo super eam unc. 

ii. aquæ plantaginis, & est
expertum.

Recip. Pinearum mundatarum lotarum cum aqua rosata, sisticorum sem. cucurbitæ mundatarum ana unc.s. passularum unc.i.zinziberis, cinnamomi, macis, sem agni casti, anisorum ana drach.i.croci scrup.i. sacchari quantium sufficit, conducatur electuarium secudum artem, quo patiens utatur modo dicto. Si uerò gomorea suerit à materia acuta calida mordicante, tunc detur patienti ine frascriptum electuarium modo dicto.

K

£,

att

Recip. Sem mellonum mundatorum unc.ij.sem.cucur= bitæ mundatorum unc.i.sem agni casti,unc. s. acatiæ,co= raliorum rubeorum ana drach.i.been albi,& rubei,ana scrup.ij.omnia insimul puluerizanda puluerizentur & contundantur contun denda, & cum saccharo quantúm sussicit siat electuarium.

n iiij Adidem

Adidem, & expertum cst, si gomoreæ adfuerit dolor & ardor, detur patienti infrascriptus potus per septem dies continuos, sana bitur à gomorea.

Recip. Lactis ouini unc.iij.aquæ plantaginis,uel succi eius,unc.i.boli armeni drach.i.misce. o tepidus patien=

ti detur.

Ad idem, & est expertum, si patienti detur infrascriptus potus bis in die per duas horas an te cibum mane & uesperi, procul dubio sanabitur.

Recip. Lactis ouini unc.iiij. pilorum leporis combue storum, fubtilisimė puluerizatorum drach.ij.misce,et

detur patienti.

Ad idem, & expertum est, si mane & uesperi cum sequenti unguento ungantur renes,
& dorsum, & ilia, & pecten, optimam curam
uidebis.

Recip. Olibani unc. ij. acatiæ, Hypoquistidos ana drach.ij.gallarum drach i.laudani drach.s.olei masticieni, olei spicæ, olei mirthini ana unc.s. puluerizentur puluerizanda subtilissime, or cum cæra quantum sufficit stat unguentum molle, or in sine adde camphoræ scrup.s.or co uteris, quoniam expertum est.

Ad idem.

Et est puluis mihi secretus, si eius quantitatem impo= sueris cum syringa usque ad collum uesicæ in uirga, cum lacte mulieris dissolutam, quater aut quinquies, & de= cies in die, quam breuissime sanabitur à gomoreæ ardo= re, & ulceratione, si esset in uirga, & in col= lo uesicæ.

Recip.

Recip. Tutiæ præparatæ unc. s. sarcocollæ ablutæ, alo. epatici candi ana drach.iij.misce & siat puluis subti lisimus, cuius drach.i.pro uice dissoluatur cum prædicto lacte, patiens syringetur.

### DE MICTY SANGVINIS.

D MICTVM SANGVINIS, si fuerit creticus, quemadmodum quandoque contingit, ficut et fluxus sanguinis narium cretice plerun= que aduenit corpori humano, sicut & cretice, sanguis menstruus ex mulieribus fluit, tunc curatio eius dereline quatur naturæ, quoniam eius constrictio esset grauitare naturam, or ipsam præparare ad malos lapsus. Si uerò sanguinis mictus non habuerit creticum euentum sed sinthomaticum, tunc initium cure erit sanguinem ipsum diuertere sursum trahedo cum phlebotomiauenæ nigræ & basilica, paulatim, o pluries facta, ut natura melius assuescat ad oppositam regionem, co casu quo non inuenirentur hæ, ipsius caphalicæ, or inuenta est multum conferre. Quod si patienti aliquando prouocetur fluxus sanguinis narium, optima curatio erit euacuando et diuer tendoset hoc est optimum secretum.

Ad idem, expertum cst, quod si materia subtilians sanguinem, & ipsum exacuens digeratur cum sequenti syrupo & euacuetur cum sequenti medicina, multum patienti erit utile.

Syrupus talis est.

14

ie

yle

de=

Recip. Syrupi rosati de rosis siccis, mirthini de succo acetose ana unc.s. aquarum plantaginis, acetose, portue lace lacæ ana unc.i.er continua per septem dies octava verò

die capiat sequente medicinam.

Recip. Reubarbari usti drach. i. s. diacatholiconis drach.vi. misce of siat potus cum decoctione communi florum of fructuum quantum sufficit, digesta materia of euacuata, experientia docebit, quod si patienti quolibet mane per decem dies continuos detur infrascriptus potus, sanabitur.

Recip. mille olij puluerizati unc.i.lactis ouini receter emuncti unc.v.boli armeni subtiliter puluerizati drach.

i.misce pro una uice.

Ad idem, experientia compertum est, quod si per quatuor dies continuos detur patienti in frascriptus liquor, curabiturà dispositione mi= etus sanguinis.

Recip. Philonij persici scrup.iiij succi plataginis unc. s.aquæ portulacæ unc.iiij.misce pro una uice, et detur pa

tienti in diluculo.

Adidem,& expertum est.

Recip. Diacitonitem sine speciebus cum saccharo unc.i emulsionis papaueris albi unc. s. Trochiscorum de carabe drach. i. puluerizentur puluerizanda, er omnia simul bene misceantur, er mane er uesperi per duas hoe ras ante cibum quotidie detur patienti ad quantita=tem nucis.

Ad idem, & expertum est. ...

Recip. Lapidis ematitis torrefacti drach.i. pulueri zentur subtiliter, et cum succo plantaginis quantum suf ficit dissoluatur, es detur potui.

Ad idem, experientia compertu est, quod si patientis hepar epithimetur sequenti epithimate mate mane, & uesperi ante cibum multum conferre.

rò

He :4

tt

bd

in

D1

cro

de

1114

un of

iod

hi-

931

Recip. Aquæ plantaginis, solatri, acetosæ, endiuiæ, ab= sinthij ana unc.iiij. sandalorum alborum, et rub. been albi, er rub. rosarum rub. ana drach.i.s. spodij drach. ij. spicæ gra. x. aceti optimi unc. iij. puluerizentur puluerizanda, pro epithimate hepatis, misce.

Ad idem expertum est, quod si sequenti unguento ungantur renes patienti, & à principio ancharum usque ad pecten totum, & radicem uirgæ, iuuamentum optimum conseque tur patiens.

Recip. Succi plantaginis, succi solatri, succi acetose ana unc.i.olei rosati, olei mirthini ana unc.s. Hypoquisti dos, coraliorum rubeorum, rosarum rubearum ana drach. i.puluerizentur puluerizanda & cum modico cæræ siat unguentum molle.

Ad idem, expertum optime est, si sequens cç-

Recip. Seminum plantaginis, seminum acetosæ, semianum portulacæ ana drach.ij. gummi arabici, dragaganti ana drach.i.s.hypoquistidos, acatiæ, boli armeni, sirici co busti, ana drach.i.s.terræ sigillatæ, pilorum leporis com bustorum ana drach.i.puluerizentur omnia simul subtili ter er cum oleo rosato omphacino, er cæra, et pice quan tum sufficit siat cærotum.

Ad idem, expertum est, & optime ualet si pa

patienti detur infrascriptus potus.

Recip. Osium dactylorum combustorum drach.i.siri= ci usti drach s. puluerizentur subtiliter & dissoluantur cum uino nigro stiptico. & patienti detur.

DE CAL

# DE CALCULIS RENUM, Cap. XLIIII.



N PR Æ SER VATIONE à calcue lis renum, attenta causa generationis eorum efficiente scilicet caliditate hepatis & re=

num, materiali uerò, et est humor pituitosus et uiscosus.

ID B o in primis materias communes euacuabis à sto

macho, or ab intestinis.

SECVNDO, Materiam prædictam concoe ques remittendo malam complexionem hepatis & renum.

TERTIO, Digestam materia eradicative evacuabis, ideo à principio in curæ generationis lapidis renum, dige

stio materierum sit sequens.

Recip. Syrupi de Iuiubis, syrupi uiolati, de endiuia ana drach.iij. syrupi de duabus radicibus drach.vij.aqua rum seminum communium frigidorum.endiuiæ, capilloru ueneris ana unc i.cotinuato syrupo per.vij.dies cotinuos, octaua uerò die dabis patienti infrascriptam medicinam per duas horas ante lucem.

Recip. Pulparum sebesten unc. s. medullæ cartami drach.iij.diacatholiconis,cofectionis amech ana drach.ij. misce, & siat potus cum decoctione communi pectorali,

purgata materia.

Adidem.

Expertum est, si patiens quotidie ante prandium ingurgitet drach.iij.Cassiæ nouiter tractæ, nunquam cadet in calculi generationem.

Ad idem, & est expertum, indubitato conferre si patienti dabitur bis in septimana sequens bolus, bolus, non folum eo præseruabitur patiens à geaneratione calculi, immo nunquam percipiet inatestinorum cholicam uel iliacam.

Recip. Iustini optimi drach.iij.sacchari uiolati drach.

i s.misce. of fiat bolus.

Cile

100

V5.

coe.

0

114

Tit

175

Ad idem, & est expertum in præseruatione à calculo, si patienti bis in septimana in ingressu lecti detur infrascriptus potus, non obstante cæna.

Recip. Seminum mellonum mundatorum unc. i. succi graminis unc. s.iuleb uiolati unc. s.misce, omnia dissol uătur in aqua decoctionis liquiritiæ quătum sufficit, siat

potus pro una uice.

Adidem, in curatione lapidis renum præsentis, uel in renibus existentis, uel in poris uritidibus, quo patiens pateretur urinæ stranguriam, & optimum & expertum est, dare patienti infrascriptum bolum, quacunque hora
molestetur.

Recip. Terbentinæ lotæ cum aqua uiolata unc. s. Be= nedictæ drach. ij. misce, & siat bolus, qui detur patienti modo dicto.

Ad idem, & est expertum optime, si patienti detur totus infrascriptus puluis una sorbitione.

Recip. Nucleorum persicorum torrefactorum unc.s. osium nespelorum drach. i. puluerizentur omnia subtie lisim, cet cum aqua saxifragiæ quantum sufficit ad dissol uendum prædictum puluerem, er dabitur patienti, qua hora molestabitur.

Adidem

Ad idem, & est expertum, si patienti dabis infrascriptum potum non transibunt sex hore, quod patiens proficiet lapidem.

Recip. Corticum raphani fortisimi unc. i. uini albi odoriferi unc. viij. misce & stent in infusione per xij. horas. Deinde coletur uinum, ipsum tepidum exhi-beatur patienti.

Ad idem & est expertum, si patienti dabitur infrascriptus bolus, procul dubio enciet lapide

uel franget, uel puluerizabit ipfum.

Recip. Electuarij litontripon descriptione nicolat drach.iij.iustini drach.i.misce & detur patienti cum mo lestabitur.

Ad idem, ct expertum est, cum patienti dabis

infrascriptum puluerem.

Recip. Lapidis inuenti in capite cancrorum unc. s. torrefiat, & subtiliter puluerizetur & cum aqua saxifragiæ tepida dissoluatur puluis, & detur patienti.

Ad idem, & est expertum.

Si patiens observabit istum modum curæ, videlicet cum pinguedine gallinæ, butyro recenti mixtæ co ca= le factæ ungens locum à supremo ancharum directe usque ad principium virgæ cum forti frictione manu calida, quoniam per huiusmodi spatium derivantur ad collum vesicæ pori vitides versus dorsum, post in eodem spatio applicabit duas cucurbitulas vel etiam tres, illis enim atetrahentibus elevabitur et dilatabitur tunica pori vitie dis, of sic teneas dictas cucurbitulas applicatas per spatium boræ unius, et subito remotis cucurbitulis, dabis patientiinsrascriptum potum.

bac

pati

Recip. Seminum naponum, seminum urticæ ana drach. ij. radicum graminis, radicum saxifragiæ ana drach. iij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis: deinde colentur, er colaturæ adde lactis nucleorum persicorum drach.i.er dabis patienti, post cuius assumptionem aliquantisper dor=miat, er uidebis ipsum repente mingere lapidem.

Ad idem, et expertum est, et multoties in hoc bene me habui, sollicitare patienti pluries in die

sequentem fomentationem.

ur dé

dá

bis

:5.

014

nti

icet

性

que ida,

unt

stio

te

ritie

Bus

Recip. Olei scorpionum confecti ex oleo amygdalarum amararum, Terbentinæ, butyri recentis ana lib. s. croci scrup.i. calesiant omnia in pentula simul ad ignem, er cum siltro madesacto in dicto liquore calido, in ana te dicto spatio ipsius alui apposito somentabis.

Ad idem , & est expertum, si antedicto spa-

tio applicetur fequens emplastrum.

Recip. Radicum altheæ minutim incisæ lib. i. pari= tariæ lib.s bulliant omnia in oleo scorpionum quantum sufficit, deinde adde croci drach. i.ad modum emplastri applicetur.

#### Adidem.

Recip.Saguinem hircini præparati drach.iij.dissolue cum aqua distillationis florum genestræ quatum sufficit,

o patienti dabis.

Ad idem, expertum est, & præsertim ubi esset urinæ supressio, si hora, qua æger assicitur, potaret infrascriptum potum, multum conferre.

Recip. Olei uitrioli romani drach. i. uini maluatici unc.i.misce.

Adidem

Adidem, est expertum & multum ualet, si ægro in hora afflictionis detur sequens potus.

Recip. Succi limonis immaturi unc.i.uini maluatici unc.iij.misce, et totus detur patienti.

## AD FACILITANDUM PARTUMET AD MITIGANDUM EIVS DOLOREM. Cap. XLV.

A D FACILEM partum reddendum, consulo, quod nullus medicus se intromittat, nist
postea quam prægnans egressa suerit lunam no
ni mensis suæ impregnationis. Tunc temporis expertum
est, si quotidie uesperi in ingressu lecti cæperit grana sea
pte, sauri mirabiliter in ea facilitabitur partus, quia eo=
rum aromaticitate, er caliditate mitigabitur ipsius par
tus dolor.

Ad idem, & est expertum, immo secretum singulare, dicta hora alternis diebus, si in cona comperit infrascriptum condimentum, mirabi-lem inueniet essectum.

Recip. Granorum iuniperi, granorum lauri ana numero. vij. Casiæ ligneæ ana drach. s. cinnamomi integri
drach.i. omnia simul ponantur in uentre turturis unius
pinguis, co carnosi, deinde coquatur in ueru cum pingue=
dine pulli, opatienti mulieri pro esu dabis.

Ad idem, est expertum, si quolibet mane detur mulieri in mense partus per tres horas ante cibum unc. s. infrascriptæ mixturæ, optimum inuenies remedium. Recip. Succi ysopi, succi enulæ, succi altheæ ana unc.i cinnamomi electi drach.i. s. puluerizetur cinnamomum er cum saccharo dissoluto cum aqua fæniculi, er matric cariæ siat electuarium.

ne & uesperi, inungat sibi pecten dorsum, & alkatis cum sequenti unguento, optimum præsi=

dium inueniet in facilitate partus.

Ad idem, expertum est, si cum mulier appropinquauerit partui, quotidie bis imponat in sequenti liquore petiam lineam, ipsamque applicet collo matricis, miram partus facilitatem

uidebis.

SHIP ELLER

m

Me

mi

Recip. Butyri recentis loti cum aqua uiolata unc.iij. mucillaginis caulium unc.ij. mucillaginis altheæ, mucillaginis ficuum ana unc.s.misce, et collo matricis apponito.

Adidem, expertum est, si semel quotidie somentetur pecten, & uulua mulieris prægnantis sequenti somentatione, hoc peridoneum erit.

Recip. Foliorum maluæ cum radicibus, florum camos millæ, uiolariæ, fænugræci semi.lini ana M.i. foliorum caulium M.s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis. Deinde cum spongia mas defacta in dicto liquore siat fomentum modo dicto.

额

non

Re

pulu

potu

po

Ad idem, est expertum, quod si mulier cum se appropinquet partui, abluat sibi crura uel mane, uel uesperi, semel in die, cum sequenti lotione facilitabitur partus.

Recip. Vini albi odoriferi lib.vi.calamenti, saluiæ, roz ris mariniana.m.s.bulliat insimul usque ad consumptione quartæ partis uini, utatur hac lotione modo dicto.

Ad idem; & expertum est optime si pluries in die prægnans sibi fricauerit collum matricis cum sequenti oleo, multum ualebit ad facilitandum partum.

Recip. olei amygdalarum dulcium unc. iiij. seminu altheæ seminu caulium ana drach ij. butyri recentis unc. i.misce, & bulliant usque ad consumptionem medietatis,

deinde colentur, & colatura usui seruetur.

Ad idem, & est expertum, quo non solum sa cilitabitur partus, uerum etiam sine dolore mulier pariet si per x. dies uel xv. ante partu alternis diebus capiat infrascriptum potum, per tres horas ante cibum de mane.

Recip. Theriacæ magnæ scrup.i. pulueris liquiritiæ, pulueris cinnamomi ana gran.iij.uini albi pauciferi unc.i s.misce siatque potus, qui detur modo dicto mulieri præ=gnanti.

Ad idem, si mulier esset in hora partus, & cu dissicultate pareret, utatur sequenti remedio, &

ftatim pariet, & eft fecretum.

Recip. Corticum raphani, mercurialis ana unc.i. croci gran.iij.caßiæ ligneæ subtiliter puluerizatæ drach.i.suc= ci sauinæ drach.ij.misce, & insimul omnia bene contun= dantur, & hoc totum contusum ligatum in petia subtili iungatur ungatur collo matricis, or statim parturiet.

ad

誠

nc.

nfa

ore

TSC

tie,

nci

725

ccū

,&

roci

AC=

Wis.

btili

Ad idem, & est optimum & expertum, sed non dabis nisi urgente magna necessitate, uel ubi sœtus esset mortuus.

Recip. Succi sauinæ unc.ij.boracis mine ralis subtiliter puluerizati drach. i. uini albi odoriferi unc.i. misce, & potui dato, et subitum effectum dignosces.

Ad idem, ualet sequens potus, si mulier non poterit habere sætum uel uiuum, uel mortuum.

Recip. Boracis mineralis drach. ij. aquæ matricariæ unc.y.misce pro una uice, o mulieri patienti dato.

#### DE SVPERFLVO MICTV INVO= LVNTARIO VEL DE DIABETI= ca passione. Cap.xLVI.

plurimum contingat à caliditate tum dilatan te uias urinales, tum eliquante corporis hu= miditates p er fluxum earum ad uias urinæ, ideo prius laudo, ut tollatur mala complexio calida hepatis, er re= num cum his, quæ uirtute stiptica habet, conferre eisdem membris.

PRIMO igitur digeratur materia, prædictorum membrorum teperaturam alterado cum sequenti syrupo.

Recip. Syrupi de succo acetosæ, syrupi mirthini, syru= pi rosaru de rosis siccis ana unc.s. aquarum plantaginis, acetosæ, buglossæ ana unc i.misce, laudo quoque quod cum sequenti puluere syrupus aromatizetur.

Recip. Mirabolanoru citrinorum, coraliorum rubeo= rum ana scrup.ij.misce,& siat puluis subtilis,qui ligetur o ij in petia in petia rara, fubtili per noctem, moram trahat in fy= rupo continuato uerò syrupo sic aromatizato per septem dies continuos, capiat patiens medicinam hanc.

Tin

fio

que

cho

tiq

Recip. Florum rosarum, florum borraginis, florum bu glosse and unc.s. seminu acetose, seminu plantaginis, seminu portulacæ ana drach. ij. corticum mirabolanorum citrinorum unc.s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ plantaginis,usque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colatura adde floris casia nouiter tracta drach vi.reubarbari drach.i.s. mirabolanorum citrinorii drach.i.s.puluerizentur subtiliter puluerizanda, er siat potus, qui patienti exhibeatur duabus horis ante lucem.

Adidem, corpore euacuato compertum est, quod si patiens utatur per mensem continuum infrascripto electuario, sanabitur à Diabetica

passione.

Recip. Mucillaginis seminis psillij cum omni cautella bene conducta, confecta, mucillaginis seminu citonio= rum ana unc.i. aduerte, quod si cautius in cura procedere uolucris, poteris derelinquere mucillaginem seminu psillij tanquam timorosam, o multiplicare quantitate mucillaginis seminu citoniorum, mirabolanorum citrino rum,oßium dactilorum,coraliorum rubeorum ana drach. ij.puluerizentur puluerizada, or cum saccharo quantum sufficit fiat electuarium.dosis est unc.s.mane tribus boris ante prandium.

Ad idem compertum est optime ualere, si quotidie panens capiat tres de infrascriptis pilulis stomacho iciuno per tres horas ante pradiu.

Recip. Trochiscorum de spodio cum semine acetosæ drach.iij.puluerizentur subtiliter, & cum succo citonio= 22178 rum fiant pilulæ numero.y.

Ad idem, & est expertum, ubi diabetica passio plurimum infestabit, ut de nocte dormire nequeat, si patiens utatur alternis diebus stomacho ieiuno, ieiunando quippe post assumptione huius boli sequentis, per quinque horas.

Recip. Philonij persici scrup.iiij. sacchari rosati an= tiqui unc.i.misce, et siat bolus, qui exhibeatur modo dicto.

Ad idem, & est expertum, si patienti detur ter in septimana sequens potus per mensem, sanabitur à diabetica passione.

Recip. Granorum mirthi, oßium granorum granato=
rum ana unc.s. balaustiarum, corticum granatorum hy=
poquistidos ana drach. ij. seminum citoniorum, seminum
acetosæ, seminum rosarum rubearum ana drach.i.coralio
rum rubeorum drach.s. been albi, or rubei ana drach.i.s.
bulliät in sufficienti quătitate uini nigri stiptici usque ad
consumptionem tertiæ partis, demum coletur, or

Recip. Vini prædicti unc.iij. mirabolanorum citrino= rum subtiliter puluerizatorum drach.i.s.misce, & detur

patienti modo dicto.

M

出るとは

100 4.

fi

io.

Adidem, & est efficax, & multum conuenies, si patiens solicitet assumere bolum infrascripti electuarii.

Recip. Diacitonitem sine speciebus cum saccharo, sac= chari rosati uetusti, ana unc. ij. spodij drach. ij. coraliorum rubeorum drach. i.s. mirabolanorum citrinorum drach. i. puluerizentur puluerizanda subtiliter, & cum succo ci= toniorum quantum sufficit siat electuarium.

Ad idem.

Optime expertu si patieti quolibet mane mirabolanu
o iij unum

unum citrinum optime conditum detur.

Ad idem.

Quoniam ægritudo hæc plurimum à mala complez xione hepatis & renum prouenit, ideo consulo, ut quoz tidie epithimetur hepar, & renes, cum hoc sequenti epiz

thimate prius ebulito, or post infrigidato.

Recip. Aquæ plantaginis, aquæ rosatæ, acetosæ, solatri ana lib. s. aquæ absinthij unc. iiij. specierum cæroti tria= sandalini unc. i. spodij drach. ij. coraliorum rubeorum, se= minum rosarum rubearum, seminum acetosæ, seminum plantaginis ana drach. ij. spicæ gran. x. aceti optimi unc. iij misce, co cum petia alba linea madesacta in dicto liquo= re, co bene expressa, epithimentur hepar, co renes.

Ad idem, facto epithimate mox ungantur

renes, & hepar, cum sequenti unguento.

Recip. Olei rosati, olei mirthini, olei citoniorum ana unc.i.sandalorum alborum, & rubeorum, rosarum rubea= rum, spodij, coraliorum rubeorum ana drach.i.succi plana taginis, succi semper uiuæ ana unc.s.puluerizentur pulue rizanda, & cum modico cæræ siat unguentum molle.

Ad idem, & est expertum, si patienti diabeticam passionem mane stomacho ieiuno sedeat in infrascripta decoctione, & in ea moram tra-

hat per spacium unius horæ.

Recip. Granorum mirthi, balaustiarum, corticum granatorum, gallarum, corticum pinearum, hypoquisti= dos, acatiæ ana M. i. spodij drach. iij.rosarum rubearum, coriandrorum præparatorum ana.M. s. bulliant in sufsi= cienti quantitate aquæ calibeatæ usque ad consumptione tertiæ partis, deinde coletur, & colatura usui seruetur.

#### DE LAPIDE VESICAE. Cap.xLVII.

A D PROHIBENDV M lapidis generatio=
nem in uesica debet teneri corpus mundum à mul
titudine humoris pituitosi, ex quo, ut materia,
generatur huiusmodi lapis, debet quoque alterari tempe=
ratura hepatis, cor renum ad frigidum, cor confortare uir
tutem concoctricem ipsius uentriculi, ne ex diminuta co=
coctione multiplicetur humor pituitosus, non ab re
igitur consulo, ut digeratur materia prius cum sequenti
syrupo.

Recip. Oximellis simpl. syrupi de liquiritia, de duabus radicibus, mellis rosati colati ana unc. s. aquarum de endiauia, betonica, ysopi, ana unc. i.misce post uerò septimum syrupum purgetur patiens in praseruatione à suturo

lapide uesicæ sequenti purgatione.

Recip. electuarij indi Almansoris, confectionis amech ana scrup. iiij. Diasebesten lenitiui, diacatholiconis ana unc.s.misce. Adssoluantur cum decoctione communi sto rum of fructuum, facta in aqua Eusragia quantum suffiz cit, et detur patienti ante diluculum.

Ad idem, ut præseruetur patiens à generatione lapidis uesicæ, laudo, ut bis uel ter in men se capiat pilulas infrascriptas, per duas horas ana

te lucem.

ri

华

file

Recip.Pilularum de lapide lazuli,pilularum indarum, cochiarum almansoris ana scrup.i. misce cum syrupo de liquiritia, o siant pilulæ numero.v.

Ad idem, confert multum, est que secretum, si patienti detur infrascriptus bolus, per decem dies continuos, quolibet mense mane in dilucu-

o iiij lo

lo, super quem parum dormiat. 119 A 1 2 4

Recip.Liton tripon drac.iij.amygdalarum amararum, nucleorum persicorum ana numero.x. omnia simul bene contundantur, fiat bolus cum saccharo, qui detur pae tienti; vuidebis idoneum effectum.

Adidem, & est expertum in præservatione

à generatione lapidis mirabile.

Recip. succi saxifragiæ unc.i. mitridati optimi drach.
i.misce, or dissoluatur cum uino optimo potenti, or exhibeatur patienti semel in septimana stomacho iciuno per tres horas ante cibum.

Ad idem, & est expertum, & mirabile ad præ servationem generationis lapidis renum, & uesicæ, & si patientibis in septimana detur infrascriptus potus sic cotinuado per duos menses.

Recip. Liquiritiæ mundæ radicum altheæ, radicum maluæ ana unc.i. milij solis unc. s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ saxifragiæ usque ad consumptionem me dietatis, deinde coletur, or de colatura.

Recip. unc. iiij. oßium nespilorum subtiliter pulueris

zatorum drach.ij.misce, or tepidus detur patienti.

Ad idem, & est expertum, & secretum, & bene menti tenendum in præservatione à generatione lapidis, & in disruptione lapidis geniti.

Recip. Terbentinæ unc. iiij. aduratur super laminam

ferream ignită donec posit puluerizari. Deinde

Recip. Prædicti pulueris. drach ij. aquæ saxifragiæ unc, iiij. misce. of siat potus, qui exhibeatur patienti in dilu culo bis in septimana. quod si patiens sic continuabit per duos menses continuos, proculdubio præseruabitur à gen neratione lapidis uesicæ.

Adidem

#### DE CVRATIO MSbibALORIS EMOR

Recip. Terbentinæ no lotæ unc. s. liton tripon drach ij.misce, or siat bolus, qui detur patienti, ut dictum est.

Ad idem, & est expertum optime conferre, si detur patienti modo dicto hic bolus.

Recip. Terbentina decies lota in aqua drach. vi. & eum succo saxifragia fiat bolus cum modico sacebari, & detur patienti.

#### Ad idem , et eft expertum, loinst vota

chi chi

12

が

Mis

&

ne-

di

1000

per

gen

Si patienti detur sanguis hirci præparati optime sop= timum uidebis iuuamentum, modus etiam exhibitionis san guinis hirci præparati, est triplex.

#### Primo gitto coffs alis elles comprendite the comprendite

Recip. Sanguinis hirci præparati unc.s.dissoluatur in uino albo potenti, er detur stomacho ieiuno.

Secundus modus talis est huiuscemodi exhi=

Recip. Sanguinis hirci præparati drach.iij.succi saxis fragiæ unc.i.s. misce sanguine puluerizato, or patienti detur.

Tertius modus supradicta exhibitionis talis

Recip. Sanguinis hirci praparati drach.iij.olei amyg dalarum amararum, uel olei confecti ex nucleis persicis quoniam melius unc.iiij.sacchari unc.s.misce, et detur patienti, es scias, quod, es si sanguinis hircini exhibitio his modis conferat in praseruatione à generatione lapidis uesica, plus tamen confert, ad disruptionem eiusdem, si na tus est disrumpi, quod si non, tunc submittatur officio ipasus chirurgici.

#### DE CVRATIONE DOLORIS EMOR

BHOIDARVM STOVE Cap. X LIV JII.



Fimiles, or fiat bolis, qui dettur parionti, et di OLOR Emorrhoidarum plerunque contin git ex multiplicato sanguine melancholico ad ipsas emorrhoidas, ut nisi ipsu extra expiret,

sed reddantur cæcæ, or surdæ emorrhoides, que sic dicun tur, quoniam ab ipsis nibil sanguinis profluit, or sic prom pter tensionem factam, sanguine exire non potente, con= ducitur dolor intensus emorrhoidarum, or hic babebis primum fermonem nostrum, in quo curabimus emorrboidarum ablatione doloris, cacarum, of furdarum.

Primo igitur confulo, ut occurrente tibi corpore tas liter affecto, quod fiat clystere lenitium secundum se-

quentem descriptionem mon mish to innot colli oran

Recip. Olei violati unc.iiij.decoctionis foliorum cau= lium unc.vij.uitelli oui numero.i.sacchari rubei unc.i.s.sa lis communis scrup, ij. of fiat clystere. Quod si tamen ex emorrhoidibus circulus obseratus fuerit, ut minime cly stere posit imponi, dabis per os ipsi patienti floris casfie nouiter tracte uno.s. babita solutione, uel lenitione, debes solicitare phlebotomia basilica lateris dextri, quo= niam divertit, er evacuat fluentem sanguinem ad emorrhoidas. facta uero phlebotomia, si adhuc perseueret do= loris uebementia, bortor, ut die interposito deriuetur san= guis per saphenam lateris dextri sectam. Qua phleboto= mia celebrata.si adhuc dolor infestat, cum sint emorrhoi= des cæcæ, die quidem interposito emorrhoides aperies uel cum aspera petia fricando, uel cum folijs ficuum uel cum phlebotomo. Sed quoniam plerunque disrumpunt uenus plusquam sit oportunum, quo sit, ut ulcera in emor rhoidibus

rhoidibus signantur, ideo consulo securius aperiri sanguia sugis bene purgatis extremitatibus emorrhoidarum ap= positis, & duas, uel tres, secundum quod expediet applia cabis.

tin

ad

et,

Offe

ebis

ta

4112

5.64

10/13

dy

cafe

140=

OTE

doe

100

oto=

hoi=

TIES

sael

瓣

107

Mis.

Titudinens

Et nota quod prima phlebotomia ex basilica, es se=
cunda ex saphena debent esse abundantes, cum sanguisus
gis uerò non transibis quantitatem sanguinis quatuor un=
ciarum propter debili tatem corpori acquisitam ex præ=
cedentibus copiosis phlebotomis, es quia sanguis emor=
rhoidalis crassus est, es melancholicus, ideo ea hora aufe=
rendus est, qua humores crassi, et melancholici mouenturquapropter in curatione emorrhoidarum per phleboto=
miam saphenæ, uel per appositionem sanguisugarum, co=
sulo sanguinis missiones in uesperi sieri debere. Quod se
ad huc perseuerabit dolor materiam conducens, es sangui
nem ad emorrhoidas ipsas, digerenda est, quæ secudum plu
rimum est materia biliosa, uel humor pituitosus satis
aquosus.

Syrupus itaque digerens, est infrascriptus.

Recip. Syrupi uiolati, de liquiritia, de iuiubis, mellis
rosati colati ana unc. s. aquarum lupulorum, borraginis,
seminum communium frigidorum ana unc.i.misce, est noc
ta quod positi syrupi sunt lenientes partes alui est emoc

ta quod positi surupi, sunt lenientes partes alui, emo=
lientes tunicas uenarum emorrhoidalium, hoc ideo, quo=
niam medicus in doloribus emorrhoidarum à tota sui in=
tentione debet committere uentris lenitionem, emor=
rhoidarum emolitionem, et his sanabitur dolor emorrhoi
darum. Continuato isto surupo per septem dies cotinuos,
corpus purgare debes cu medicina, cuius facultas sit uen

trem lenire, & humores melancholicos euacuare. Cum enim mundificabitur ab his fanguis, dolorem no caufabit

in emor=

in emroboidibus. wood oblinoo oshi, rutmangil andibiodr

equimental Medicina talis eft. 2 nd and aguit

40

ftru

MACC

gu

TO

4

bis

fed

ON

4

me

to

em

ill

ele

0

00

Recip. Diasenæ lenitiui drach.vi.pulpæ sebesten unc.s diacatholiconis, medullæ cartami ana drach.ij. confectioæ nis amech drach. ij.misce, & dissoluatur in decoctione communi pectorali quantum sufficit, & siat potus, qui patienti detur per duas horas ante lucem. Facta corporis purgatione consulo, ut bis uel ter in die ungantur emorerhoides cum sequenti unguento: quod plurimum ualet in doloris sedatione. & aduerte quod dicendum unguentum non habet par, in sedatione doloris emorrhoidarum in mulieribus prægnantibus, quæ propter retentionem men struorum sere semper molestantur emorrhoidibus satis doloross.

Recip. Olei uiolati loti cum aqua uiolata, butyri res cetis loti, ana unc.i.uitelli oui numero.i olei de seminibus lini unc.i.ceræ quantum sufficit, of siat unguetum molle.

Adidem, & expertum est, si assidue cum sequenti oleo ungatur circulus, & lana succida ma desacta in tali oleo intus ponatur ad locum emorrhoidarum.

Recip. Olei de semine lini, olei de chrysomelis ana unc. iiij. porcellionum, uermium terrestrium ana unc. i. bul=liant insimul, usque ad perfectam coctionem animalium. deinde colentur cum forti expressione, & usui seruetur.

Ad idem, & est expertum, si infrascriptus sacculus calidus frequenter hemorrhoidibus, uel

ano applicetur.

Recip. Taßi barbaßi bene triti, mellegæ ana M.i.bulliant in uino albo potenti usque ad consumptionem medietatis uini, deinde ponatur in sacculo oblongo ad simi= litudinem litudinem uirgæ, & facta forti expressione à uino, ano apponatur. sic reiterando sæpius in die, optimum uidea bis effectum.

C.S

TOE

ne

juè

ris

Ore

tit

100

III

774

ale.

(c)

mu

Wit.

hile

un.

Se-

uel

bale

mic

mi:

1010

Ad idem multum con fert sequens emplastrum, si eius applicatio ad anum solicitetur.

Recip. Medullæ panis furfurei lib.i. lactis ouini, uel uaccini, uel caprini. lib. ij. bulliant insimul usque ad cone sumptionem duarum tertiarum lactis, deinde adde pine guedinis renum caprarum unc. ij. pulueris uermium tere restrium unc. i. bene misceantur omnia, er calidum ano applicetur.

Ad idem, & est optimum, & mirabile, si paties bis in die mane scilicet, & uesperi ante cibum sedeat in infrascripto balneo calido.

Recip. Foliorum maluæ cum radicibus, radicu altheæ, bis maluæ, uiolariæ, brasicæ, slorum tasi barbasi, camo millæ, meliloti, fænugræci, seminum lini ana M.i.s. bulliät omnia in sufficienti quantitate aquæ sluminis, uel alterius aquæ dulcis, usque ad consumptionem medietatis, demum in die patiens moram trabat per spatium temporis unius boræ modo dicto.

Ad idem, & est aliud balneum, quo multotiens bene me reperi in sedatione doloris emorrhoidarum.

Recip. Olei oliuarum lib. xxx. radicum altheæ unc.
iij. bulliant insimul usque ad consumptionem quartæ par
tis olei, deinde patiens sedeat bis in die in dicto oleo per
horam, cum uerò exierit balneum statim lanam succidam
oleo dicto madidam circulo calidam applicabis, simul
er semori, er dictam lanam ad minus per duas horas lo
co dicto tenere conetur applicatam, statim quoque cum
exierit

cir

92

pro

MA

MIC.

CIT

feri

me

nai

Cen

ang

fuc

6

Cal

TES!

ten

TO

lo

ta

da

exierit balneum prædictum, capiat patiens infrafcriptum bolum confectionis, or non comedat, neque cia bum aliquem accipiat, nisi transactis duabus horis se= Ad idem mulcum con fert sequencialitish

Recip. Succiradicum taßi barbaßi unc. iiij.penidia= rum unc.iij. pulueris liquiritiæ unc. s.facchari quantum sufficit er fiat electuarium, Et aduerte, quod secundum plurimum in doloribus emorrhoidarum cacarum aluus obstructa est, ideo consulo, ut eo ipso tempore, quo alia medicamenta exercerentur, alternis diebus ad minus, patiens utatur sequenti clysterio . reperiet enim in ipso non solum alui lenitionem, quin imo co certam doloris ablationem.

Recip. Olei oliuæ, decoctionis radicum altheæ ana unc.v.Butyri recentis unc.iiij.succi foliorum porrorum unc. i. s. sacchari unc. ij.uitelli oui numero i. salis com= munis drach. ij. Et nota quod si emorrhoides es= sent ulceratæ, nullatenus debes apponere sal in clysterio.

Adidem, & est istud ualens in eadem in-

tentione.

Recip. Florum taßi barbaßi, foliorum caulium, folio. rum maluæ, uiolariæ. fænugræci, sem. lini ana M.i. furfuz ris großi ligati in petia M.i. bulliant in sufficienti quan titate aque usque ad cosumptione medietatis, deinde co= lentur, o de colatura

Recip. Vnc. x.olei oliuæ unc.iij.butyri recentls unc. ij succi appij unc.i.s.uitelli oui numero i salis communis,

ofacchari ut expedit, of fiat clyftere.

Ad idem, & est medicamen in cuius experientia ego edoctus sum, si triginta diebus continuis sequentem liquorem calidum per circulum

ga, uel lana succida bis in die applicabis, procul dubio sanabitur dolor emorrhoidaru.

Recip. Succi porrorum une ij. succi appij une.i.buty=
ri uaccini, olei nucum, olei decoctionis cataputiæ ana
une.i.s. olei raphani une.i. sepi renum caprarum une. i.s.
omnia simul in mortario bene ducantur, es totum usui
seruetur.

14

m

1415

dia

W5,

414

備

#=

of=

De

rfile

121

unc.

mis,

Der.

bus

Ad idem, & est unguentum optimum, & a me expertum, quo emorrhoides dolentes sanantur ubi adhuc essent ulceratæ, si cum dicendo unguento sæpius in die emorrhoides ungantur.

Recip. Succi Corticum medianarum sambuci unc.ij.

succi apij unc.i. succi celidonia unc. i. s. butyri recentis,

sepi renum caprarum ana unc.i.maxillarum lucci exsica

catarum, porcellionum, qu i aGaleno dicuntur ouici tera

restrium exsiccatorum, uermuum terrestrium exsiccas

torum ana unc.i. olei decostionis cataputia unc.s. pulues

rizentur puluerizanda subtiliter, er cum modico cara

alba siat unguetum molle, cuius portio cum lana succida

loco emorrhoidarum ponatur, or in lacte uaccino dissolu

ta, anus syringetur.

Ad idem, & est expertum, si emorrhoides, dato etiam quod essent ulceratæ, sequenti unguento ungantur, & si eo patiens utatur freque
ti usu; indubitato sanabitur.

Recip. Succi celidoniæ, pinguedinis colli inuli, ubi ex tant crines ana unc. iij. misce, ex eius portio uel cum syringa uel cum lana succida loco patienti imponito. Et nota, quod si tanti uigoris esset dolor, qui iam suprascrie ptis

ptis medicamentis solui non posset, timore non afficiaris, si unicuique unguentorum corum gran. iii oppij apponantur cum graciij croci antidanti oddas unosa

ing

100

opt

to

14

den

CII

CIN

113

Et est expertum, multum conferre patienti, si fre=
quentet sessionem super tabula calida bene tersa de ligno
pini; inuncta pinguedine renun caprarum, o mirabilem
assequemur effectum. Et omnibus his remedijs celebra
tis, ubi dolon solutus fuerit, omni ingenio debes præser=
uare, ne i terato patiens cadat in talem affectionem
emorrhoidalem, ob quam rem, consulo, ut homo præser=
uandus alternis diebus quolibet mense per tres horas
ante prandium capiat infrascripti electuarij imme=
diate superpotando unc. iiij. iuseuli cicerum rubeorum.

Recip. Mirabolanorum indorum, Belliricorum, em = blicorum electorum ana drach. s. cum aqua buglosse abluendo, ab his amaritudo remoueatur.radicum tasi barbassi drach. yi. ameos, spicæ, squinanti ana scrup. i. zinziberis, cinnamomi, galagæ, nucis muscatæ ana scrup. ij. scoriæ ferri præparatæ drach yi. penidiarum unc. iiij. sacchari quantum sufficit, stat electuarium.

Secundum uerò propositorum principalium erat suc= currere fluentibus emorrhoidibus plusquam oportet, &

dolori iuncto illi fluxui. 100 pos flo 30, mali

Plerunque tamen uolo, ut habeas menti, quod emore rhoidibus fluentibus non omnes observandæ sunt, sed cum ab illis totum corpus expurgetur à seculentis, et turbidis humoribus maxime obnoxis toti corpori, ideo semper una de emorrhoidibus apertam seruare debes, iuxta illud Hippocratis, antiquas emorrhoidas sananti, si non unam dimiserit, aut in hydrope, aut in ptisim, aut in maniam

maniam corpus conducet.

14,

at

774

11:

17:

745

Ca

m=

0.1.

W.a

0

OTE

(ed

0

ideo

265,

t B

In obsertatione igitur emorrhoidarum fluentium, consulo primo, ut hæc obserues ingenia.

PRIMO, phlebotomabis basilicam dextri lateris, non magnam tamen quantitatem sanguinis extrahendo, ut melius natura assuescat ad sanguinis euacuationem oppositam.

Et ideo primo die educes à basilica sanguinis quanti= tatem unc ij.uel. iij.ad plus, sequenti uerò die iterato ex eadem uena sanguinem mittes, pondere unc.ij.

Et Tertia die simili modo sanguinem mittes ex ea.
dem uena.

Secundum ingenium est.

Quod in subito, ac in superfluo fluxu non dante moram ipsi medico in sui operatione est, quod sub dextra mamilla in loco hepatis apponatur uentosa magna, siet enim tunc temporis retentio, et diuersio fluxus sanguinis emorrhoidalis, iuxta illud hippocratis: emorrhoidibus plu rimum fluentibus sitia magna hepati apposita agritudiz nem soluit.

Tertium ingenium in plurimo fluxu sanguineo emorrhoidarum est.

Si fluxu sanguinis ex naribus promouebis, non quidem una uice simul multum de sanguine educes, sed successivé, er pluribus missionibus parum de sanguine pro uice educendo, intentum tuum adipisceris, sic enim natura melius assuescit ad oppositas euacuationes.

Quartum ingenium est,

Ingrossare sanguinem, ne ita impetuose sui subtilitate fluat ad ipsas emorrhoidas. His igitur celebratis sanp guinis guinis mißionibus æquetur materia sequenti syrupo, que patiens bis in die, uidelicet in diluculo, or in meridie affumat.

他 flux

(0)

0

die

et.

OW.

10,00

fem

gm

epe tati

dis

i

14

til

M

Recip. Syrupi rosati ex infusione rosarum siccarum unc.i.de succo acetosæ, mirthini, ana unc. s. aquarum plantaginis, acetosæ, portulacæ, ana unc. i. sumptis decem de his syrupis, sequenti die iube patientem capere infra=

scriptam medicinam, duabus horis ante lucem.

Recip. Seminis acetosæ, seminis plantaginis, seminis portulacæ, seminis endiuiæ ana drach.ij. rosarum rubea= rum, florum borraginis, florum buglossæ ana M.s.bulliat omnia insimul in sufficienti quantitate aquæ calibeatæ usque ad consumptionem medietatis, deinde coletur, er cum colatura disolue diacatholiconis drach. vi.reubar= bari electi drach. ij. subtiliter puluerizetur reubarba= rum & fiat potio. Facta purgatione expertu est, quod si mane et uesperi epithimetur hepar sequenti epithimate multum conferre.

Recip. Aquæ solatri, rosatæ, absinthij, acetosæ, Endiuiæ ana unc.v.specierum cæroti triasandalini drach.vi spodij drach. i. s. spicæ gra.x. aceti optimi unc.iij.misce

pro epithimate bepatis.

Adidem, consulo, ut qualibet vice, sacto epi thimate ungantur hepar, & renes cum sequenti

unguento frigido.

Recip. Vnguenti sandalini, infrigidantis galeni ana unc.i succi solatri, succi semperuiua, succi plantaginis, ana unc.s. seminum rosarum rubearum, coraliorum rubeorum ana drach.i.acatiæ drach.s.puluerizentur pulue rizanda subtiliter, or cum modico cæræ, or olei mirthi= ni, & citoniorum, fiat unguentum molle. Quod si emorrhoides emorrhoides multum fluant, ut prædictis medicamentis fluxus sisti non posit, consulo, quod ipsis emorrhoidibus fluentibus.i. orificijs earum apertis, sequens unguentum applicetur.

Recip. Aloes epatici, mirrhæ, Thuris, sanguinis drae conis, boli armeni ana drach.s. puluerizentur subtiliter. cum albumine oui, or modico olei rosati omphacini incorporentur pulueres, or cum bombice madesacto in dicto liquore ungantur orificia emorrhoidarum.

Aduerte tamen.

est, quod si neque isto medicamento suxus prædictus amoueatur, ultimo deuenire poteris ad cauterium actua le, cauterizando orificia aperta emorrhoidarum, unam semper derelinquendo. Et aduerte tanquam notatu dia gnum, quod si una tantum emorrhoidalis uena fuerit aperta conducens multum sanguinem fluentem, quem natura non posset tollerare consulo, ut omnibus prædia etis ingenijs orificium illius uenæ obseretur, et quoniam illius obseratio timorosa est propter dictum Hippocratios, consulo, ut altera uena emorrhoidalis confestim apeariatur apposita sanguisuga, quonia tuc modeste sanguis euacuabitur emorrhoidalis, corpus non cadet in alia quam prædictarum ægritudinum, co superfluus sluxus tolletur, cum quo est timor de casuuirtutis,

Adidem, & est expertum in præseruatione à superfluo fluxu sanguinis emorrhoidalis, si patiens quolibet mane per tres horas ante cibum, capiat rotulam unam infrascriptæ con-

fectionis.

nis de

lit

ST.

Ø=

明神

site

Bile

h.vi nifee

cpi

enti

4114

inis,

rathe od ft

Recip. seminum acetosæ, seminum plantagin is, semiz num portulacæ, seminum rosarum rubearum, acatiæ, by e poquistidos ana drach. i. reubarbari electi scrup. iiij. mirabolanorum citrinorum scrup.ij. puluerizentur om = nia subtiliter, et cum saccharo albissimo dissoluto in aqua plantaginis, uel rosata quantum sufficit, siat confez etio in rotulis duarum drachmarum pro qualibet. Quod si multum solueret uentrem, tamen bis in septimana paz tiens eam assumat.

Ad idem, expertum est, si patiens omni uesperi ante cœnam per horam unam capiat de infrascriptis pilulis multum conferre, & in mane, unam de supradictis rotulis, ut di-

aum eft.

Recip. Trochiscorum de carabæ drach i s. siant piluz læ numero yiij.cum syrupo myrthino.

fer

114

gui con

DE DOLORIBUS, ET TUMORIBUS
TESTICULORUM, Cap.xlix.

præter naturam per confluxum humorum ad ipsos ortum habeant.

Ideo laudo, cum influxus illius humoris fuerit à toto corpore, quod prius totum corpus mundetur phlebotomia, quapropter considerabis materiam ipsam fluentem, siquidem in fluxu sit, quantuncunque pars aliqua illius sit fluxa.

Confulo, ut utaris phlebotomia diversiva, secabis igia tur uenam mediam dextri cubiti cum extractione sangui nis nis uncidrum quinque.

THE PER CH

60

de

VS

nes nad

toto

100

間

23%

igie

ngui

Quod si cognoueris materiam ut plurimum fluxam esse ad testiculos, quod ostendet tibi dolor, tumor, es grauitas.

Tunc utere phlebotomia euacuatiua. Secabis igitur faphenam malleoli dextri, cum extractione fanguinis unciarum quinque.

Vnum tamen aduerte, quod si patiens tumorem in te=
sticulis fuerit tumor ab indurata materia frigida, nul=
latenus uti debes phlebotomia, propter ipsam esse cau=
sam maiorem inducentem duritiem in ipsis testiculis, ip=
sos tamen curabis modo infra dicendo.

Materia igitur faciente tumores testiculorum calida existente his phlebotomijs factis consulo, ut præcedente semper lenitiuo clysterio, quatuor cucurbitulus super nates imponere de directo ad ipsos testiculos, eas quo= que scarificabis, o sanguinem extrahes. Quibus factis, confestim debes materiam digerere cum sequenti syrua po, in quo est uirtus prohibitiua sluxus materierum ad testiculos. Alteratiua etiam male complexionis calida, o confortatiua uirtutis bepatis, o testiculo rum, æquat iuaque materiæ etiam confluxæ ad testi= culos.

Recip. Syrupi rosati ex infusione rosarum siccarum uuc.i.de endiuia portulacæ ana unc.s. aquarum, lupuloru plantagiis, cicoreæ ana unc.i.misce sumpto syrupo per sex dies continuos, consulo, quod purgetur materia cum sequenti medicina.

Aduerte tamen quod in coritudinibus testiculorum,

or ani, non debes uti medicinis laboriosis, or scamoneae

tis, quoniam illorum membrorum situs deorsum est, ad

p iij quem

quem confluunt omnes euacuandæ superfluitates.

Scamoneata enim medicina multam superfluentium humorum quantitatem sui forti attractione ad testicua los, or ad anum conduceret.

Quo fit, ut prædicti tumores concrescant, or acci-

dentia sæuiora efficiant.sit igitur medicina talis.

Recip. Diasebesten lenitiui, quod multum ualet in his tumoribus unc.i. Reubarbari optimi & electi drach. ij spicæ gra. yij.misce, & cum decoctione pectorali siat potus, & attende, quod non blassemarem, si in medicinis pro tumoribus testiculorum apponeretur aliquid de diaphinicone, cum sit medicina securitatis, neque laboriose euacuans, cum scamonea sit in eo bene consolata, & eius uirtus non transcendit hepar.

Præterea consulo, ut pro euacuatiuis ad minus alteranis diebus patiens utatur clysterio lenitiuo, uel ante ciabum capiat medullam casiæ recenter tractæ pondere drach. iiij. diuertetur enim uel deriuabitur plurimum materia ad anum, or uirtus testiculorum quotidie reddetur ualidior ad resolutionem materiæ facientis tumorem, his factis remedijs procedere debes ad tumorem, et dolorem

testiculorum.

Remedium expertu eft sequens.

Recip. Olei liliorum alborum, olei rosati completi, ana unc. ij. ysopi humidæ unc. i. s. & in eo liquore mae desiat lana succida, & calida testiculis applice=tur, soluitur enim tumor, & dolor testiculorum isto remedio.

Ad idem, est que expertum conferens mul.

tum tumori indurato.

api

fer

TET

Recip. Passularum enucleatarum unc. iij. farinæ or dei, farinæ cicerum alborum ana unc. ij. farinæ fænuæ græci, farinæ seminű lini ana unc.s.mellis unc.i .s.omnia simul bene misceantur, or in mortario contundantur, or calida testiculis applicentur.

ccia

ink

iose

CCle.

dere

rite

bis

leti,

lice=

ifto

Ad idem, & est expertum, si ipsis testiculis applicetur sequens carotum, & continuè feratur.

Recip. Mucillaginis seminis altheæ, mucillaginis semi nis seenugræci ana unc.i.mucillaginis sicuum unc.i. s. farinæ sabarum unc.s.croci scrup.ij misce omnia, & cu oleo camomillæ.s.modico, & cæra, & pice quantum sufficit, siat cærotum.

Ad idem, & est aliud cærotum multum conse rens in cadem dispositione.

Recip. Gummi arabici, dragaganti ana drach. ij.galba ni, armoniaci ana drach i.s. farinæ fabarum, cicerum alborum ana unc. i. dissoluantur gummi in oleo amygdalarum dolcium, om modico aceti, deinde omnia simul bene misceantur, om cum pice, om cæra quantum sufficit siat cærotum.

Ad idem ualet fomentatio sequens, mane, & uesperi facta.

Recip. Florum camomillæ, meliloti, fænugræci, semi= num lini ana M. i. bulliant in sufficienti quantitate uini ulbi usque ad consumptionem tertiæ partis uini, deinde cum siltro insuso in dicta decoctione calida somententur testiculi, statim uerò sacta somentatione applicatur ip= sis tumidis testiculis sequens emplastrum.

Recip. Radicum maluæ, altheæ, ireos, ana unc. i. sloa rum camomillæ M· ij. prius bulliant radices unica forti p iiij ebullitione ebullitione, deinde adde ebullitioni flores camomille, or bulliant usque ad perfectam radicum decoctionem.

Deinde adde farinæ fabarum, farinæ fænugræci ana p.i.croci drach.i.mellis unc.ij.olei camomillæ, olei amyge dalarum dulcium ana quantum sufficit ad impinguadum emplastrum.

Ad idem, & est unguentum multum conferes

in tumoribus testiculorum.

Recip. Olei liliorum alborum, olei camomillæ ana unc.i.cimini drach.ij.laudani,galbani,ana unc.i.dissoluan tur gummi in aceto forti, & puluerizentur puluerizanda, & cum modico cæræ fiat unguentum molle, in quo lana succida intincta applicetur testiculis.

Ad idem, & est expertum, si patienti applice=

tur sequens emplastrum, die noctuque.

Recip. Cicerum alborum lib. i. bulliant in uino albo odorifero, usque ad completam decoctionem, deinde in mortario bene contundantur, o adde farinæ camomillæ unc.ij. croci drach.i.olei liliorum alborum unc.ij. misce, calidum testiculis applicetur.

Adidem, & est expertum, si die, noctuque patiens portet sequens medicamen testiculis

applicatum.

Recip. Pulueris radicum ireos exsiccati unc.s.cinnamomi puluerizati anethi puluerizati ana drach.ij.croci
scrup. i. omnia subtiliter puluerizentur, deinde accipe
petiam unam de scarlato madefactam in uino albo
potenti calido, deinde eam super asperge de prædicto puluere, er petiam calidam sic testiculis ap=
plicato.

Adidem

0

gu

ole

fil

100

Ad idem, & est expertum, si testiculis applicetur sequens medicamentum, mane & uesperi.

Recip. Theriacæ antiquæ unc.i.olei amygdalarum dul cium unc.s.croci drach.s.uini albi potentis unc. i.misce, er cum dicto liquore intinges lanam succidam, er testi= culis applicato. Et si testiculi ad tantam duritiem due cantur, ut sui duritie inobediant resolutioni siendæ ex prædictis medicamentis, prius applicabis ipsis medi= camenta emollientia, quemadmodum sequens medi= camentum.

441

ATE:

olle,

1160

te in nille

ifce,

que

culis

Mid.

ccipe

4160

byes

多中

dem

Recip. Mucillaginis seminum caulium lib. s. mucillaz ginis ficuum unc. ij .mucillaginis seminum maluæ unc. i. olei sisamini unc.i.s. olei amygdalarum dulcium unc. i. misce, co cum lana madefacta in dicto liquore calido tez sticulis applicato per modum fomenti, quod si aliqualem mollitiem factam cognoueris in testiculis, statim applizabis ei sequens medicamentum.

Recip. Absinthij uiridis M. ij. bulliant in sufficienti quantitate aqua usque ad consumptionem medietatis.

Deinde adde mellis unc. ij. farinæ cicerum rubeorum unc.i.croci drach.i.olei camomillæ unc.i.misce, et calidum testiculis applicetur.

Vbi uerò neque medicamentis resolutiuis iam dictis, neque mollientibus, testiculi obedire noluerint, tunc dia spone ipsos ad manum chirurgici, or si uidebis sollicue lum eius aqua plenum esse, ipsum persorabis, or exibit aqua. Si uerò neque aquam uideris, sed solum materiam gravitantem testiculum, or ipsum apostemantem, procuret chirurgicus saniationem, or apostematis disrue ptionem, Demum curet ipsum curatione ulcerum. Quod si pa=

si patiens sanitatem non adipiscatur, remedium est, inci= sione conucnienti testiculum extrahere, o in posterum illemet testiculis non dolebit.

## DE CVRA DOLORIS SCIATICI, Cap. L.

CIAS OVOD secundum pluri= mum dolor sciaticus fit à materia pituitosa cui permiscetur aliquid humoris biliosi calidi, quo tuaatur motus pituitæ ufque ad sciam, quapropter dolor iste prouenit à materia existente ad intra uenam sciæ, à cuius multitudine bumoris replentis uenam illa, eiusdem extensione dolor causatur. Laudo igitur ut primo uenter leniatur cum exhibitione casia pondere unc.i.s.uel cum clysterio lenitiuo, facto ex decoctione foliorum malue, uiolarie, blitis, furfuris großi ligati in petia, addendo quantum sufficit dicta decoctioni casia uel mel rosatum, oleum uiolatum, o saccharum, sal, o uitellum oui secundum quod expedit, deinde facta uentris lenitione absque dubio phlebotometur sciatica, quæ: derivatur in claviculam partis sylvestris eiusdem cruris dolentis, or extrahe sanguinis quantitatem unciarum v.er nota quod hac phlebotomia multoties excusat medicum ab ulteriori euacuatione, quoniam tollit dolorem sciaticum. Secundum plurimum à principio

Secundo uerò facta phlebotomia consulo ut digera=

tur materia cum sequenti syrupo.

Recip. Mellis rosati colati, oximellis simplicis, syrupi de Betonica ana unc. s. aquarum betonicæ, saluiæ, cico=

rea

田田山

los

to

fa

000

m

b

Ma

NO.

há

ncia

W.

mie

itola

calle

TUT

ille

rit

idere

ione

tius

Rie

,00

gue

11715

TOTA

gorde

Time

cico=

YEL

reæ ana unc.i.misce, continuato syrupo per septem dies in diluculo sumpto, capiat patiens sequenti die per tres horas ante lucem sequentes pilulas.

Recip. Agarici præparati, pilularum de hiera nicolai, aurearu nicolai ana scrup.i.misce cu syrupo de sticados, siat pilulæ nume. v. facta hac leui purgatione sicut debet in principio doloris sciatici, infestante quippe dolore.uo lo, quod iterato fortiori purgatione, atque fortiori mazteriæ pituitosæ concoctione. Aeger sic medicetur: quie scat igitur æger per duos dies sequentes ad assumptione pilularum dictarum, in quibus quolibet mane ante cibum per tres horas, capiat infrascriptam mixturam.

Recip. Conseruæ saluiæ, sacchari rosati ana drach.ij. misce pro una uice. Tertio uerò die sequenti per vij.dies continuos capiat infrascriptum syrupum.

Recip. Syrupi de sticados sine speciebus, syrupi rosati, mellis rosati colati ana unc. s. aquarum betonicæ, saluiæ, cicoreæ ana unc. i. misce, octavo uerò die per duas boras ante lucem capiat infrascriptas pilulas.

Recip. Pilularum cochiarum almansoris scrup. ij. de Hermodactilis, aurearum nicolai ana scrup.i. misce cum syrupo de sticados, siant pilulæ numero.y.

Et nota eo tempore quo assumit syrupos, si molestare a tur uchementia doloris sciatici, ad doloris sciationem utatur sequentibus ingenijs, primo apponantur quatuor uentosæ super nates cum scarificatione, er sanguinis extractione. Secundo quolibet mane stomacho iciuno, ucl alternis diebus utatur sequenti clysterio.

Recip. Florum camomillæ, meliloti, fænugræci, semianum lini, florum sticados arabici ana M.s. foliorum malauæ, mercurialis, furfuris großi ligati in petia ana M.i. bulliant

bulliant omnia insimul in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, or de colatura

村

beto

till

4/9

de

al,

face

CON feat

To

celo

百百五

100

bier.

Recip. Vnc.x. benedictæ, hieræ simplicis ana unc.s. mellis rosati unc.iij.olei communis unc.iij.salis communis drach.ij. uitelli oui numero.i.sacchari rubei unc.i.s.ex his imponatur clystere. Tertium ingenium est, somentare loe cum doloris, dato etiam, quod esset totum crus dolens, isto

sequenti sacculo.

Recip. Florum camomillæ, milij mundi, furfuris ana M.iij. salis M.i.s. Quod si adhuc dolor perseueret, lau do, ut siat tertia humorum peccantium digestio, et eorum exquisita euacuatio, or maxime à loco dolente, quiescat igitur patiens duobus diebus post prædictas pilulas as sumptas, or quolibet mane tribus horis ante cibum accipi at infrascriptam mixturam.

Recip. Conseruæ acori, conseruæ sticados, sacchari ro sati ana drach.i.s.misce pro una uice. Tertia uero die ca=

piat sequentem syrupum per.vij.dies continuos.

Recip. Syrupi de iua nicolai, de sticados, mellis rosati colati ana unc.s. aquarum iuæ, betonicæ, cicoreæ ana unc. i.mısce, octaua uero die capiat infrascriptas pilulas.

Recip. Pilularum de Hermodactilis, pilularum fœti= darum, pilularum cochiarum ana scrup. i. misce cum sy=

rupo de sticados fiant pilulæ numero.y.

Et nota quod eisdem diebus, quibus capit syrupos in=
festante dolore, utatur supradictis ingenijs, uel altero eo=
rum. Iterum nota quod in casu ualentiores sunt medicinæ
in forma pilulari, quàm in forma potionis, quoniam lon
giorem moram trahunt in stomacho, & à longinquis
partibus melius euacuant, sicut oportet. His omnibus
exactis

exactis purgationibus expertum est, si patiens utatur tri bus diebus alternatis tribus sequentibus clysterijs, procul dubio sanabitur à dolore sciatico.

Primum clystere sale est.

que

0

K.S.

Wis .

bis

loc

4114

la

THE

fet

safe

ticle

riro

204:

ofati

MIC.

feti=

1 fy=

5 th:

0 000

cine

n los

16

1618

effis

Recip. Florum camomillæ, meliloti, florum anethi, fænugræci, ana M.i. florum sticados arabici, maioranæ, betonicæ ana M.s. absinthy, menthæ ana.p.i. agarici ligati in petia drach. ij. bulliant in sufficienti quatitate aquæ usque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, or de colatura

Recip. lib.i.olei rutæ, mellis rosati, ana unc.iij. benedia etæ, hieræ compositæ ana drach. vi. uitelli oui numero.i. sacchari rubei unc.i.s. salis communis drach. iij. misce, et imponatur clystere, conetur patiens retinere plusquam sit ei possibile, et uoluat se super latus doloris moram contrahendo, et plusquam potest super illud latus quiez scat, sequenti uerò die assumat per tres horas ante pranz dium, sequentem mixturam.

Recip. Conseruæ saluiæ, conseruæ acori, ana drach.ij. Tertia uerò die eadem bora stomacho ieiuno ante prana

dium capiat sequens clysterium.

Secundum clystere.

Recip. Florum Camomillæ, meliloti ana M.s. pulegij, calamenti, abrotani, florum sticados arabici, betonicæ, sansucci, iuæ, herbæ paralisis ana M.i. agarici, pulpæ coa loquintidæ, ligentur in petia ana drach. ij. bulliant in sufescienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medie tatis, deinde colentur, or de colatura

Recip. Lib.i.olei de cheiri unc.iij. mellis rosati unc.ijbieræ compositæ, hieræ logodionis ana unc. s. salis com= munis drach.ij.uitelli oui numero.i.sacchari rubei unc.i.s misce, misce. imponatur clystere, quiescat sequenti die, et sto macho ieiuno de mane capiat infrascriptam mixturam.

Recip. Conseruæ iuæ drach. ij. sacchari rosati drach.i. misce, sequenti uerò tertio die patiens capiat tertium clystere tale.

tis

in

phi

inc len

pe

po

dia

MUX

is.

bor

ne a

pot

Tertium clystere.

Recip. Prædictæ decoctionis ultimæ lib.i.electuarij indi maioris, hieræ, logodionis, hieræ ruffini ana unc.s. olei rutæ, unc. iij mellis rofati unc. ij. uitelli oui numero.i. fac= chari rubei unc.i.s. falis communis drach. ij. mifce, & fiatclystere, his equidem clysterijs, ut expertus sum, & eua= cuationibus præmissis, proculdubio patiens sanabitur à lore sciatico.

Et nota quod medicus neque patiens terreri debent, si ex illis clysterijs aliquando conducatur dysenteria, quo= niam signum est optimæ euacuationis, operationisque cly steriorum. Vbi uero perseueraret dysenteria, statim eam

curabis sequenti clysterio bis in die facto.

Recip. Lactis uaccini lib.i.uitelli oui numero.1.saccha= ri rubei unc.i.olei rosati omphacini unc.ij.misce, & siat clystere.

Adidem,

Recip. Decoctionis ordei torrefacti lib. i. succi plane taginis unc.ij.olei rosati omphacini unc.iij.sacchari rubei unc.i.s.uitelli oui numero .i.misce, er siat clystere.

Quod si his remedijs exactis adhuc dolor sciaticus perseueraret, sublime remedium est, balneare patientem sequeti balneo, ipsumque medicari sequentibus remedijs. Primum remedium erit balneum tale.

Recip.Florum Camomillæ,meliloti,fænugreci,anethi, feminis lini.ana M.ij. absinthij,menthæ,pulegij,calamenæ: ti,abrotani fo

bi

翻

100

olai

202

flat

1174

t,ft

0.078

fi4t

Me

ubei

ticus

dis,

etbi,

tsi

ti, abrotani, iuæ, florum sticados arabici. Betonicæ, maioranæ, herbæ paralisis, saluiæ, roris marini, camedrios, Camepitheos, ana M.i.s. Bulliant in lib. 200. aquæ sonitis claræ, usque ad consumptionem tertiæ partis. dezinde coletur, er aquæ huiusmodi colatæ adde sulæphuris uiui lib. s. Nitri præparati unc. iiij. salis gemmæ unc. iij. iterum bulliant unica forti ebullitione, deinde colentur, er colatura usui seruetur. sic quod quolibet mane per octo dies continuos patiens ingrediatur Tinam buziuscemodi decoctionis, er moram trahat in ea per tempus unius horæbene copertus, excepto capite, post uerò exiens ex balneo, totoque corpore bene absterso ingrea diatur lectum calidum, er statim capiat infrascriptame mixturam.

Recip. Theriacæ magnæ. drach.i. sacchari rosati unc. i.s.misce.Dcmum quiescat, & dormiat in lecto per duas horas pănis bene copertus sudabit multu, abstergatur be ne à sudore illo, et immediate inugatur sibi locus doloris, qui erit totum crus, ab ancha usque ad malleolum syluea stri lateris ipsius cruris, cum sequenti unguento calido.

Recip. Vnguenti marciaton, unquenti agrippæ, unque ti aragon ana unc. i. misce, & sic continuet patiens cum omnibus prædictis ingenijs, scilicet cum balneo & cum unquento per octo dies cotinuos, proculdubio sanabitur à dolore sciatico. Si uerò medicamentis præcedentibus patiens non sanetur à dolore sciatico, consulo, ut omnino submittatur cauterio, cauterium enim sit actuale, & non potentiale, si possibile fuerit, cum ipsum sit magis exsiccatium, em membri confortatium, locus etiam cauteris sit crus dolens in parte illius syluestri infra genu per quatuor digitos, intra duos ibidem musculos apparentes, isto enim

enim cauterio conuertitur materia faciens dolorem à lo= co doloris ad extra, & à toto corpore ad locum ipsus cauterij. Quam ob rem consulo, nullatenus cauterium dimittendum esse, alijs non conferentibus. Et hæc dicta sufficiant de dolore sciatico.

TRACTATUS DE AFFECTIONIBUS

DE FLEGMONE. Cap. 1.



VM FLEGMON sit sanguineum apo stema, idcirco in initio illius curationis non prætermittas phlebotomiam. et in quacuque

THE

lig

flu

corporis initium capiet flegmon, ad oppositam partem trahendo, sanguinem mittes, ut si in dextra, in sinistram, si sursum, in deorsum, or in alijs sic procede, nisi aposte= ma fuerit pestiferum. Facta phlebotomia diuersiua, atten ta quidem semper uirtute, or etiam ætate, phlebotomab is patientem ex eadem parte lateris flegminantis, ut humor quidem iam ad particulam patientem, fluxus est, ea phlebotomia deriuetur uel euacuetur, bis sanguinis misioni= bus peractis, uentris lenitione semper præcedente, Con= sidera,si slegmon fuerit in loco propinquo membro prin cipali, co tunc no debet fieri curatio cum his, que ipsa materiam repellunt, ut cum fuerint flegmones in emun-Aorijs cerebri, uel sub asellis, in illis quidem timere debes de reuulsione materiæ ad cerebrum, in istis ad cor, uel ad bepar. Caue quoque quantum posibile sit, ne in emuncto= rijs testiculorum, & in inguinibus in initio cura flegmo nis, uti repellentibus, quoniam testiculi membra sunt prin cipalia

cipalia, facile ad ipsos materia posset duci, ob quam rem si apparuerit flegmon in alijs membris nostri corp ris longe distantibus à principalibus, secure uti poteris à principio repellentibus, er tanto securius, quanto si san= guinis missiones præcesserint.

Medicina reuulfiua materiæ erit talis.

Recip. Succi solatri, plantaginis, semperuiuæ ana unc i. rosarum rubearum mirtillorum ana drach. ij. pulueria. zentur puluerizanda subtiliter, misceantur, et cum petijs lineis madefactis in illo liquore medicaberis patienti.

Ad idem, poteris repellere cum sequenti me-

dicamine.

â4

15

如

1003

ndw.

rtes

ofter

attes

nab is

IN OF

phla

ioni-

,Car

o pro eipsi

MIND: debe

uele

unda enda

はのはは

Recip. Aceti optimi unc.iij.albuminis oui unc.i. aquæ rosatæune.i.s.rosarum rubearum subtiliter puluerizata= rum drach.s. misce. & petias lineas madefactas in dicto liquore loco patienti applicabis,

Ad idem, & est remedium materiæ optimum

fluentis ad flegmonem.

Recip. Vnguenti de cærusa unc. ij. succi plantaginis, succi semper uiuæ ana unc i.aquæ rosatæ unc.ij.misce,co cum petijs lineis medicaberis.

Ad idem, & esc expertum, & optime ualet in

repellendo materiam.

Recip. Laminam plumbeam subtiliter conductam quantum expedit magnitudini flegmonis, cui asperges puluerem istum.

Recip. cærusæ unc. s. rosarum rubearum, coraliorum rubeorum ana drach.ij.misce, er stat puluis subtilis.

Ad idem, & est expertum quod non solum repellet, immo si quid resoluendu est, resoluet. Recip. Vrinæ pueri masculi citra decem annos lib.i albuminis oui, numero.iij. Aceti albi fortisimi lib.s. aquæ rosatæ unc.ij.misce, & cum petijs madefactis in dicto liæ quore, uel (quod melius est) cum placellis de stupa lini loz cum medicaberis sæpius in die. & aduerte quod si opus reuulsionis materiæ frustraretur, quod sic dignosces, quoe nia ex applicatione repelletiu in prima die uel secuda na turali ipsius slegmonis, nullu apparebit indiciu abolitio= nis ipsius slegmonis, tuc uti debes alijs ingenijs, et sunt si mul repellere atque resoluere. applicabis igitur illi pri= mo remedium sequens, quod est expertum in probibitio=

70

品

tu

10

kb

005

(8

出

ne augumenti ipsius apostematis.

Recip. Olei camomilla, olei liliorum alborum, olei amygdalarum dulcium ana unc.ij.byfopi humidæ drach.i. fucci plantaginis unc.i. s. rosarum rubearum puluerizaa tarum drach.ij.misce, co cum lana succida infusa in dicto liquore calido locum patientem medicaberis, & aduerte quod cum sola tui intentio sit reuellere, medicinas actu frigidas applicabis, quia frigido actu or potestate reuellimus, si uerò tui intentio erit resolutio, tunc medicinas actu & potentia calidas applicare debes, cum resolutio fiat ab utroque calido, o in effectu, o in potestate, o scias quod non debes intromittere te ad curationem flege monis, uel reuellendo, uel resoluendo, nist factis phlebotomijs, of sufficientibus euacuationibus totius corporis, ad quas debet præcedere peccantis materiæ digestio. Et ideo laudo, quod post sanguinis missionem euacuetur pri= mo corpus medicina purificante sanguinem, non expea Adndo eius digestionem, quoniam natura flegmonis est, quæ digestionem non expectat, dabis igitur primo medi= cinam sequentem. Recip.

bi

山山

los

湖

10e

114

tion at fi

me

tio:

olai

chi

拉维

diffe

erte

offis

rucle

CULAS

utio

20

flege

otoe

15.4

Et

prie

expe

iself

Rocia

Recip. Casia nouiter tracta drach.x. reubarbari eleeti drach.i.s.fpicæ gran.x.misce, or dissoluantur cum de= coctione communi florum et fructuum quantum sufficit, er dabis patienti hora exhibitionis medicinarum in dilu Et cum intentio curationis flegmonis sit sangui= nem ipsum purificare, er maxime cum cholera sanguini permisceatur,ideo est apponendum reubarbarum chole= ræ euacuatiuum, o sanguinem mundificatiuum, o ad eandem intentionem potes admiscere ipsi casia diaprua nem solutiuum, uel electuarium rosatum mesue, uel ele= stuarium de succo rosarum nicolai, si uerò cognoueris per indicia quod flegmon generetur ex sanguine cum pera mixtione pituitæ,uel atræ bilis,ut docuit nos Galenus in libro de tumoribus præter naturam appones casiæ, uel turbith, uel electuarium de dactilis, uel indum, uel pulue= rem hieræ simplicis Galeni, quoniam euellunt omnes su= perfluitates à toto corpore, uel pro atra bile appones ela leborum nigrum, polypodium, uel puluerem scenæ, uel confectionem amech.mundato itaque corpore sic, er ex præcedentibus phlebotomijs poteris aggredi audacter. magis intentionem reuulsionis, et resolutionis, er eo qui= dem tempore residuum materiæ remanentis digerere procurabis, er digestiua erunt appropriata materiæ pec canti, ut si materia fuerit sanguinea cholera admixta, syrupi sint digerentes choleram, ut est talis.

Recip. Syrupi de succo endiuiæ, syrupi de succo aceto=
sæ. Syrupi rosarum ana unc.s. aquarum endiuiæ, acetosæ,
cicoreæ ana unc.i.misce. Si uerò fuerit admixtio slegma=
tis cu sanguine, digeratur materia cum oximelle simplici,
cum syrupo de duabus radicibus, cum melle rosato colato
addendo aquas sæniculi, capillorum ueneris, er hysopi.

q ij Siuerò

Si uerò permixtus fuerit humor melancholicus non præe termittes syrupum Sabor regis. Syrupi de epithimo, de thimo, de lupulis, de fumo terre, et melle rosato, cu aquis buglosse, borraginis, lupulorum, melisse, fumi terræ, er huiusmodi, er eo quippe tempore, quo materia digeritur er factus est transitus slegmonis ad statum, tunc relictis ipsis repellentibus, cum resoluentibus, er maturantibus ipsum slegmonem procedes, primo tamen augumentabis resoluentia ipsis maturantibus minoratis, quia slegmonis eura est resoluere ipsam materiam sanadam à principio, igitur status slegmonis medicamento sequenti medicas beris.

Recip. radicum altheæ mundæ. unc. ij. florum camo=
millæ meliloti anethi ana M. i. foliorum maluæ cum ra=
dicibus, uiolariæ ana M.s. bulliant in sufficienti quantita=
te aquæ usque ad consumptionem medietatis. deinde ad=
datur farinæ fænugræci. seminis lini. ana unc. i. farinæ
Tritici. unc. s. olei Camomillæ, amigdalarum dulcium
ana. quantum sufficit ad impiguandum emplastrum. Et
aduerte, co tene menti quod in quolibet medicamento
quantumcunque resolutiuo ipsi slegmoni semper addere
modicum de oleo uiolato, co de oleo rosato completo,
propter id de calido, quod semper secum slegmon con=
ducit. co hoc quidem emplastrum slegmoni tepidum ap=
plicabis quater in die naturali.

Adidem ualet sequens medicamentum.

Recip.mucillaginis seminis altheæ, macillaginis semi=
nismaluæ, et mucillaginis seminis fænugræci.mucillaginis
seminis lini, ana unc.i. succi altheæ unc.ij.olei amygdalaru
dulcium, olei liliorum alborum, olei camomillæ, ysopi hu=
midæ, ana.unc.s.olei uiolati unc.i.misce, er cum lana suc=
cida

cida in prædicto liquore madefacta, flegmonem me dicasberis, et scias, ut sit minus fastidium patienti flegmonem; poteris applicare parti patienti cærotum, quod optime conficeretur ex prædictis rebus una cum cæra, et modico rasinæ, quantum sufficit ad faciendum cærotum, quod exetensum supra corium flegmoni applicabis. Et scias quod ex eisdem rebus, ex quibus factum est supradictum emplastrum in uia maioris resolutionis, poteris flegmonem ipsum fomentare cum spongia uel siltro madefacta in aqua decoctionis dictarum rerum, es facta quidem sometatione, mox applicabis dictum cærotum. Aduentate uerò secunda parte status, ubi cognosces resoluentia non coplere opus suum, statim debes solicitare ipsius slegmonis suppurationem, quam utique complebis cum sequeneti emplastro.

Recip. radicum maluæ cum folijs, uiolariæ ana m.i.s. radicum altheæ m undæ, m minutim incise unc.ij. radicu liliorum alborum unc. i. s. Bulliant omnia usque ad confumptionem medietatis aquæ, deinde adde mucillaginis seminis caulium.unc.i.s. farinæ frumenti.unc.s. fermenti. unc. i. pinguedinis porci, butyri recentis, lactis mulieris ana unc.i. olei liliorum alborum, olei amygdalarum dulecium ana quantu sufficit ad impinguandum emplastrum, quod calidum loco patienti apponatur, aduerte ne callida multu emplastra apostematibus applicentur quonia partes materiæ subtiles resoluerentur, m grossum petrisicaretur, quod esset impedimeto maturationis, eadem quoque emplastra frigida minime apponantur, quoniam sui frigiditate materiam compingerent, maturatio prohiberetur.

to,

音響

hile.

iles

Ad idem, optime maturat, & ad suppurationem conducit, hoc sequens emplastrum.

Recip. Lactis uaccini à quo non sit extractum butva rum lib. i. medullæ panis subtiliter trituratæ lib. i. succi caulium unc.iij. croci drach.s.olei liliorum alborum unc. iij misce, & calidum slegmoni applicetur.

Adidem, optime maturationem conducit les

quens medicamentum.

Recip, Diaquilonis sine gummis. unc.iij succi çaulium unc.i.s. Croci.drach. i.cæræ citrinæ quantum sufficit ad incorporandum unguentum satis densum.quod extensum super corium per unum uel duos dies continuos patiens poterit portare, or bene erit.

Ad idem, & est optimum, cum apparuerint signa maturationis in slegmone, applicare ei ter uel quater in die permutando sequens medi-

camentum.

Recip. farinæ tritici lib.s.olei rosati completi unc.iiij. aquæ sontis claræ.unc.iij. Croci drach.s. misce, o omnia simul apud ignem bene ducantur, quousque siat ueluti uns guentum.

Ad idem, & est expertum in maturatione slegmonis, si ipsi applicetur sequens medicamen

tum repente suppurabit.

Recip. Tritici benè masticati, es stomacho ieiuno cum saliua bene permixti lib.s.olei rosati completi unc.ij.cro ci drach.i.misce, es loco patienti cum asidua permutatione applicetur, maturato uerò slegmone, cuius indicia erunt mollities cum undositate apparens, carentia dolo ris, febris remisio, es loci tensionis priuatio. Tunc tema poris debes praparari ad illius disruptionem, quod si pae tiens

tiens ferro uel igne tereretur, difrumpatur flegmon se=

quentibus ingenijs.

Recip. Diaquilonis simplicis unc. ij. fermenti unc. i. olei amygdalarum dulcium unc.s.misce, grosso modo extendatur supra petiam uel corium, grin medio pone stercoris columbini subtiliter puluerizati drach. i. gregmoni hoc applicabis stercore ipso columbino apposito in loco in quo habilior crit slegmonis die sruptio.

secundum ingenium est, si applicetur slegmoni maturato sequens ruptorium, eo in loco maxime, quo facilius

difrumpetur flegmon.

Recip. fermenti unc. s. salis communis drach. i. aceti optimi drach. ij. pulueris cantaridarum scrup. iiij. omnia simul bene misceantur, & in mortario bene conducanz tur quousque siat pasta, cuius drach. s. uel secundum quan titatem slegmonis disrumpendi applicabis ipsi apostez mati, super posito caroto pradicto maturativo, uel emz plastro supra dicto.

Tertium ingenium est, est maxime ualidum in di= frumpendo apostemata maturata, si in loco, in quo ten= tabis disruptionem, tres uel quatuor guttas infra= scripti liquoris apposueris, eodem quippe cæroto su=

praposito.

at.

the

cia

bite

Recip. Vitrioli romani unc. ij. arsenici unc ij. sublimati unc.s. succi uitis albæ unc. vi. cantaridarum bene trituratarum drach. ij. omnia simul bene misceantur, es po nantur in alembico, es distilletur liquor, qui erit ad moti dum olei, de quo duas uel tres guttas cum baculo loco disrumpedo applicabis, disrupto apostemate, et etiam cu ferro debes cautellam observare, ne euacuetur totum apo

stema à sanie ipsa, quia cum sanies ipsa dicatur esse mul tum spirituosa ad similitudinem spermatis, uirtus mema bri, er totius, tantum debilitaretur, quod esset timendum de casu eius. Quapropter euacuato apostemate à para te saniei, statim ipsum à principio disruptionis, sic mea dicaberis.

Recip. Albuminis oui numero ij. salis drach. ij. boli drameni drach. i. madesiant placena stupea in dicto liquore, es per diem naturalem loco disruptionis apostematis eas applicabis, ubi uidelicet timeres sluxum multi sanzuinis ad locum incisum. Vbi uerò non haberes hunc timorem, sicut in suppuratis apostematibus serè hoc nunquam est timendum. Ideo talia apostemata sic secundum plurimum medicaberis à principio sua dia

fruptionis.

Recip. Terbentinæ unc.ij.uitelli oui numero i.or opti me agitentur, quousque fiat forma unquenti, de quo una guento tentam factam ex petia uel ex filis eius ad quan titatem foraminis effecti, extendes, er foramini impo= nes. Demum uerò ipsum unguentum extendes supra petiam, totum apostema teges. Factag; idonea li= gatura non multum quidem stricta,ne prohibeatur euen tus spiritus, o caloris ad membrum, o materiæ residuæ maturatio, sic continuabis per tres dies, quoad materia fuerit sufficienter euacuata, or labia uulneris optime digesta, mundificato uerò apostemate mutabis intentio= nem ad maiorem iteratam mundificationem, er abster= sionem, or sic appones unquentum sequens, or tentam intinctam in sequenti unquento foramini apostematis ab extremis ad fundum ufque attingentem, or non cum ex tremis acutis ledentem.

Recip. Terbentinæ unc. ij.mellis unc.i.misce, usui seruato, semper super ponendo unguentum digestiuum prius factum.

Mundificato uerò flegmone quemadmodum poteris uidere ex priuatione generationis saniei, es exalterius malæ materiæ currentis ex ulcere, tunc curabis cum abestersione es mundificatione, es cum tunc indigebit uulnus carnis generatione, es ulceris consolidatione, ideo cum sequenti unguento procedes.

Recip. Terbentinæ unc.ij mellis unc.i. s.thuris, mastie cis, mirrhæ, aloes ana drach.i. sarcocollæ drach. s. pulue rizentur puluerizanda, & omnia in mortario bene due cantur, & agitentur quousque siat unguentum, & ste continuabis usque ad ueram ipsius consolidationem.

Demum uerò, si ex inobedientia ipsius ægrotantis, aut medici ignorantis, sequeretur fraudulentum ulcus et putridum, ex ipso iam disrupto slegmone, illius curam relinquo prudenti chirurgico.

## DE HERISIPELLA, .... Cap. 1 1......

lis

Tid INC

10=

M

1

1%

A D HERISIPELLAM, si fuerit cum tumore, tunc eius cura est sanguinis misio ex basilica. aduerte quod si tumor in Herisipella fuerit edema, sicuti contingit hydropicis, quorum crura edemate afficiuntur, tuc caue à phlebotomia, quoniam ci tisime corpus deduceretur ad hydropem, uel ad eius confirmationem, es esset causa perditionis ipsius ægrotatis.

Si uerò Herisipella suerit absque tumore, ut sit sima plex apostema adhærens pilis, tunc temporis debes caue re phlebotomiam, indicatur enim ex hoc choleram po=

tius

sius peccare, sanguine quidem pauco permixto. Quod si sanguis non peccans euacuetur, tunc bono euacuato, malum derelinquetur, quo sit, ut adaucta materia choleri ca ulceretur herisipella, quod maxime cauendum est in cura herisipella.

Primo igitur ad Herifipell am sine tumore, euacuabis totum corpus sequenti medicina.

Recip. Floris casia nouiter tracta unc. i. electuarij fucci rosarum nicolai drach. ij. s. misce, o dissoluatur cum aqua endiuia quantum sufficit, o exhibeatur patienti in diluculo.

Et aduerte quod apparente Herisipella sine tumore non oportet expectare digestionem in materia ante sien dam euacuationem, quoniam materia peccans est cholera subtilis facile mobilis, or per sui naturam facile euacuabilis est, digestione non expectata, ut uoluit Galenus in de quando et qualiter euacuare oportet.

Facta euacuatione, tunc non intendas ad digestionem materiæ, sed tantum ad alterationem, qua acuitas humo= ris remitti debet. Patienti igitur sequentem syrupum

dabis.

Recip. Syrupi rosati, de succo endivia, de succo acetose ana unc.s. aquarum plantaginis, acetosa, rosarum lana
unc.i. misce, aduerte quod tua intentio in Herisipella
non tantum sit remittere acuitatem materia, quantum
est cum exhibitione stipticantium prohibere cursum
Cholera ad patientem particulam, a ha intentiones
complentur per syrupum rosarum de succo acetosa, per
syrupum myrthinum cum prædictis aquis, ob quam rem,
consulo, ut, sacta euacuatione, cum his, qua extra applicantur, medicemur Herisipellam, his quidem diebus, quia
bus

bus caliditas materiæ remittitur, cum syrupis dictis ina frigidantibus, er totum regimen consistit in ablatione uini, totaliter priuando corpus, er à carnibus, et ab ouis, er à pluribus alijs, quæ habent sanguinem, er cholez ram augmentare, er humorem exacuere possunt, de quia bus est usus maxime coitus, er forte exercitiu inslama mans, er usus rei piperatæ aliorum, cæparum, er simiz lium, er ualet à principio sequens medicamen.

Recip. Succi plantaginis, solutri, semper uiuæ ana unc. vi. aquæ rosatæ unc. iij misce, co cum petijs infusis in prædicto liquore berisipellæ medicaberis.

Et aduerte: quod in his succis non debet permisceri aliquid, quod sua humiditate emolliat, sicut est succus foliorum maluæ, lactucæ, & huiusmodi, quoniam sui emollitione timendum esset, ne hærisipella ad suppuratione uerteretur, quæ est uia ad ulcus, quapropter seper à principio stipticis uti debes, & observa cautellame hanc, quod cum dilutæ petiæ super membrum herisipela latum incipiant calesieri, statim eas amouere procurabis, ne ab illis reverberata caliditate ad membrum concressed bis, ne ab illis reverberata caliditate ad membrum concressed berisipella.

Re

ile

le

儲

att

tou

想

ella

tions

ficts.

0005

per

rett,

plie

四世出

Lecip.

Caue quoque, ne calore membri attrahente ad se peztiam illam, & eam exsiccante, petia illa adhæreat ipst herisipellæ.quoniam in ipsius ablationet posset herisipel la ulcerari, quod magnopere timendum est.

Ad idem walet sequens medicamentum

Recip. Atramenti lib.s.per se ipsum solum ualet ab eo intincta herisipella, hoc propter ingredientia eius compositionem frigida esse, stiptica.

er netbers frenemetur locus cana frongia madef alla la

Seguence liquore.

Ad idem walet sequens medicamentum.

Recip. Vnguenti de cærusa unc. ij. totum, uel illius pars extendatur supra petiam, & herisipellæ ap= ponatur.

Ad idems & est efficacius.

Recip. Vnguenti de cærusa unc. vi. succi plantaginis unc.ij.aquærosatæ unc.i.misce, or eo extenso supra petia herisipellæ apponatur.

Adidem in augumento, & principio fratus ualer sequens medicamentum, & est expertum,

quo statim curabitur herisipella.

Recip Lithargirij argentei unc. vi. succi plantaginis unc.iij.olei rofati unc.ij.aceti optimi unc.i.mifce or omnia in mortario plumbeo bene ducantur, quousque fiat unquentum participans de colore plumbi, de quo un= quento extenso supra petiam ad quantitatem sufficien= tem, appones ipst herisipelle, hec quidem permutando mane or uesperi, or secundum quod oportet solicitabis quidem hac dicta remedia quousque eris certus de augu mento berisipella, or de statu einsdem, cum autem beria sipella coeperit declinare, quod cognosces ex mutatione coloris ad album coloremuel ad subrabeum. Tunc tema poris fiste gradum ab applicatione frigidorum, quoniam illis adducere potes patientem ad alterum duorum incon uenientium, uel ad carnis mortificationem, ubi appare-Af color ipfius rubeus, obscurus, of sic esset periculum, ne cum infrigidantibus ipsis, Herisipella ad hestiomenum conduceretur, ob quam rem laudo derelictis tunc infrigi dantibus ipsis, apparente altero illorum colorum, mane o uesperi fomentetur locus cum spongia madefacta in sequenti liquore.

Recip.

Reci.p. floris camomillæ, meliloti, fænugræci ana M. i.foliorum maluæ,rosarum rubearum ana M. s. bulliant in sufficienti quantitate aque usque ad consumptionens medietatis, deinde colentur, o colatura usui seructur.

Facta uerò quotidiana hac fomentatione cum petia madefacta in dicto liquore, laudo, ut abluatur locus cum modico uini albi odoriferi calidi, hoc enim est, quod pro bibet futuram membri mortificationem ex Herisipella.

Si uerò color membri coperit albus apparere siste (ut dixi)ab infrigidantibus, applicatione enim eorum frigiditas neruis applicata, effet & foret causa tremo. ris, uel alicuius foasmi ipsius membri, cu frigidum inimia cum sit neruis.

Si uero herysipella fuerit ulcerata,uel ex me dici ima prudentia, uel malo patientis regimine, uel ex malitia ma teriæ, quæ corripi non potuit à uirtutibus medicinarum, ei applicabis unquentum sequens, er proculdubio sana= bitur ab ulcerata herisipella.

Recip Lithargirij unc.iij.unguenti populeonis,carue sæ ablutæ,infrigidantis Galeni ana unc.s.olei rosati com pleti unc. i.misce, omnia in mortario bene ducantur, quousque fiat unquentum, quod in opere continuabis usque ad consolidationem herisipella.

Et hæc de Herifipella dicta sint.


ia

ort

100 me. ill, ut igi ste in

## 4 EMPIRICA BENEDICTI

DE EDEMATE. Cap. 111,



In initio igitur curæ ipsius edematis materiam ipsam digerere debes cum his, quæ ne dum opponuntur tempezraturæ materiæ pituitosæ, uerum etiam er membra ipsa confortantia, er innatam caliditatem augumentanztia. Detur igitur infrascriptus syrupus per nouem dies continuos.

contrario, commune præceptum observabis, curationem scilicet edematis consistere in applicatione calefacienz

tium, exficcantium.

Recip. oxymellis simplicis unc.i. syrupi de duabus ra dicibus, mellis rosciti colati aua unc. s. aquarum saluiæ, betonicæ, buglosse ana unc. i.misce. demum, quibusdam apparentibus

apparentibus signis concoctionis, nonquidem complez tè, quoniam hoc sieri non potest, propter materiam hão rebellem esse concoctioni, or propter uitiatam caliditae tem concoquentem principalium membrorum, purgabis

cum sequenti medicina.

71=

27

ne of

Me

15

14

12,

Recip. Diacatholiconis unc.s.agarici optimi, er electi drach.i.s. electuarij indi maioris scrup. iiij. electuarij de succo rosarum drach. i. er recordare, quod cum qualibet medicina euacuatiua flegmatis permiscere debes aliquod euacuatiuum choleræ, cum de se flegma non moueatur ad membra,nisteo subtiliato, er promoto à flaua bile.Infun datur agaricus cum modico zinziberis, er salis gemmæ in oximellite quantum sufficit per.x. horas. deinde facta forti expressione, omnia simul dissoluantur in aqua deco ctionis ysopi, saluia, betonica, or quatuor florum cordia= lium quantum sufficit, & fiat potus, qui exhibeatur pa= tienti per duas horas ante lucem. Si uerò edema fuerit uitio corruptæ caliditatis hepatis non bene sanguifican= tis, sicut in hydrope accidit, ut crura, er alia membra corporis tumida, co edemata facta fint, purgabis corpo= ra post exhibitos syrupos sequenti medicina.

Recip. Diacatholiconis unc.s. reubarbari optimi, es electi drach.ij spicæ gran.x.agarici præparati, scrup.ij. electuarij de dactilis drach. s. infundatur reubarbarum cum spica secundum artem per. x. horas, es facta forti expressione omnia simul dissoluantur cum communi deco ctione storum es fructuum quantum sufficit, es siat poetus, qui patienti exhibeatur modo dicto. Et aduerte quod omnes medicinæ, quæ à nobis in capite de hydrope surut dictæ, eædem conferunt in edematica passione hydrope coniuncta. Facta hac prima purgatione in materia cum dictæ

dicta euacuatione, laudo, ut iterato digeratur materia, con euacuetur; quoniam diuturnæ ægritudines maxime penedetes à pituita, paulatina indiget digestione, paulatinaq; con successiva euacuatione, replicabis igitur syrupum see quentem per nouem dies continuos.

Recip. Syrupi de iua Nicolai, quòd si ei iungatur ti=
mor de hydrope, dabis syrupum de cicorea cum reubarbaro nicolai, mellis rosati colati, ana unc.s. aquarum ysopi,
iuæ, capillorum ueneris ana unc.i.misce, apparente conco
etione, es si non completa in materia, dabis patienti per

duas horas ante lucem sequentem medicinam.

Recip. Diacatholiconis unc.s.pulueris hieræ simplicis Galeni drach.s.pulueris turbith boni & gummosi scrup. iiij. pulueris reubarbari scrup. ij. spicæ, zinziberis, salis gemmæ ana gran.iij.omnia simul misceantur, & cum de= coctione communi storum & fructuum quantum suffie cit, dissoluantur, & siat potus.

Et aduerte, quod post purgationem materiæ procura= bis una simul procedere cum remedijs per intus exhibitis, or per extra applicatis, ut his or illis materia edematis corrigatur, or membra innatæ caliditatis uigentia red= dantur, laudo igitur, ut quolibet mane per duas horas an= te cibum detur patienti bolus infrascriptæ mixturæ.

Recip. Diagalanga unc.i.triasandalini drach.s.diatrio pipereon drach.ij.diarhodonis abbatis unc.i.s. misce, cum syrupo de duabus radicibus siat mixtura, eisdem quoque diebus mane o uesperi diluantur membra edemata cum sequenti decoctione, uel cum spongia madefacta in prædie da decoctione locus somentetur.

Recip. Saluiæ, roris marini, florum sticados montani, maioranæ, florum camomillæ, iuæ ana M.s. falis nitri, falis gemmæ gemmæ, alluminis ana drach. ij. bulliant in sufficienti quae titate aquæ cineris, siuè lixiuij, usque ad consumptionem tertiæ partis, deinde coletur, er colatura usui seruetur. Vbi uerò crura essent edemata, eorum siat lotio cum pre dicta decoctione, uel sequenti.

Recip. Aquæ cineris lib.xx.florum camomillæ,radicu ebuli,ana.M.i.falis communis lib.s. aceti albi optimi unc. iiij.mifce,et bulliant ufque ad confumptionem medietatis, deinde colentur,& colatura ufui feruetur.

Ad idem ualet sequens lotio, & est multum experta in terris maritimis.

Recip. Aquæ maris lib.xx.aceti optimi lib.ij. bulliant insimul usque ad consumptionem quartæ partis, deinde ipsa dicto usui seruetur.

CK.

中山山田

竹红

is,

は

She

trië

CARE

gut

COM ALL

阿斯

Ad idem, scias quod conferunt omnes aquæ Termarum calidæ, sapientes naturam uel salis, alluminis, uitri, & salis gemmæ. quod si patiens assiduum usum frequentet in dictis balneis, proculdubio ab edemate, & præcipuè in cruribus existente, sanabitur. Quòd si prædictis non sanabuntur membra edemata, laudo, ut his ingenns sequentibus patiens gubernetur.

Primum est, cauterizare mebra huiusmodi cum actua li cauterio pluribus in locis, ipso enim nedum extrabetur aquositas pituitosa talem progignens affectionem, uerum etiam membra exonerata confortabuntur, ut inde nutrizmentu melius concoquere ualeant, et superflui secernere.

Secundum ingenium est, ut membrum tale taliter affectum: siccetur cum applicatione sequentis emplastri, positi supra corium ad quantitatem conuenientem, es positium

positum supra edematam partem membri affecti.

Recip. Fermenti unc. vi, cantaridarum subtiliter pula uerizatarum drach. i. salis communis drach. iij. aceti for tissimi quantum sufficit ad incorporandum uelut unguen tum quoddam, quod extensum supra corium modo dicto membro applicetur, ipsumque non amouebis à membro per spatium decem horarum, quo eleuato apparebunt tie bi uesica aqua plena, supra quas appones folium caulis perunctum butyro recenti, es sic mane, es uesperi foliu mutabis, et uidebis copiam aquositatis facile exire à mem bro edemato. quod si mebrum tale ad ulceratione coduce tur, nimio quide calore adurente apparete in mebro, mox eleuato folio caulis apponere debes sequens unguentum.

Recip. Vnguenti de cærusa une. i. s. litargirij unc.ij. succi plantaginis unc.i.olei rosati unc.s. omnia simul mizsceantur, o in mortario ducantur, quousque siat unguen tum: quod usui seruetur. eo quippe unguento ulcera corzigentur, o aquositas pituitosa extrahetur, o edema saz nabitur. Quod si hæc non contulerint, boc remedium

sequens debes edemati applicare.

Recip. Saluiæ siccæ, roris marini, betonicæ ana unc.s. carui, dauci, anisorum, fœniculi ana drach. ij. puluerizëtur omnia subtilissime, prædictus puluis super aspergitur spongiæ siccæ ad quantitatem membri edemati, eamque illi superalligabis, fic mane, puesperi continuando, uidebis dissolutum edema, phæc de edemate.

ingentum off an membrana raleards

december cum applications segments emblated

the property could be designed and a contraction

## VICTORII FAVENTINI.

DE SCABIE. Cap. 1111.



のははい

ox ox

事 平 點

HES.

270 1/4

10%

K.S.

tur

tie.

india india

CA

VM SCABIES secundum plurimum fiat ab humore per uiam adustionis sanguinis, uel choleræ, uel melancholiæ, uel per uiam salst

flegmatis de super redundantis ad totum corpus, laudo, ut apparente pruritu, rubedine in membris totius corporis scabie afflictis, quod fiat phlebotomia secundum diver fos situs per responsum ad materiam peccantem, ut si fue rit ex sanguinis adustione, cuius indicium erit pruritus, or rubedo membrorum, ut diximus, tunc fiat phlebotomia ex basilica dextri lateris, es extrahatur sanguis in pon dere unciarum.vi.consentiente robore, & atate. Si uerò scabies ex adustione choleræ fuerit, cuius indicium, est temperatura ægri cholerica uehemes, or acutus pruritus, er citrinitas tum loci scabiosistum etiam exeuntis à pue Stulis scabiosis. Tunc remittatur ebulitio in cholera, es phlebotometur eadem basilica brachij eiusdem, cum san= quinis extractione pondere unciarum. yi. Quod si flegma salsum scabiei causa fuerit, cuius indicium, est uiolentus, or intollerabilis pruritus sine apparentia rubedinis, uel citrinitatis, in prædictis fiat phlebotomia satis minuta ex eadem basilica usque ad tres uncias sanguinis ad plus in pondere. Quod si adustione melancholiæ scabies trahat originem, cuius indicium, est carentia fortis pruritus, & liuiditatis apparentia in colore membri scabiosi, co pu= stulati, cum exitu sorditiei liuide uergentis in nigrum, tunc temporis phlebotomabis saluatellam sinistra manus cum extractione sanguinis pondere unciarum vi. Quod si patiens consuetus sit pati emorrhoidarum fluxum,ea=

rum fiat apertio cum sanguisugis applicatis emorrhoidia bus, or extrahe fanguinis uncias iiij. Et attende, quod non est credendum illis, qui dicunt, quod in scabie apparente non debet fieri phlebotomia, ne natura tentans exonera= re se,impediatur à suo opere, quoniam cum in scabie ma= teria plurima uitiata sit ad intra uenas, non est timen= dum fieri phlebotomia, & si etiam tractus sanguinis ad extra uenas fiat ex eo, quòd in multitudine peccantis ma= teriæ existentis ad intra uenas, co euacuatæ per phlebo= tomiam iuuamentum maius adfuerit, quam nocumentum, quod posset contingere ex aliquali adbuc per phleboto= miam retractione materia ab extra uenas ad intus, fiet enim ex ipsa phlebotomia natura uigentior supra resi= duum materiæ remanentis, ad naturam regulandam ab intus ad extra uenas. Et caue ne ante totius corporis euacuationem ætate adhuc tollerante inungas scabiem, quoniam plerunque facta inunctione corporis porosita= tes obserantur, quo fit, ut materiæ malæ intus peccantes, prohibita expiratione earum, magis putrefiant, et febres inducant, sicut fere in omnibus contingit præmittentibus unctiones euacuationi, facta igitur antedicta phlebotos mia, laudo, ut peccans materia digeratur cum sequenti syrupo, ualet enim in omni materia adusta faciete scabie.

Recip. Syrupi de fumoterræ, de lupuis, de endiuia, mellis rosati colati ana.unc.s.aquarum scabiosæ, fumiter=ræ, cicoreæ ana.unc.i.misce, et laudo, ut eo tepore quo di geritur materia, quotidie in mane per quatuor ho ras an te cibum; ad prouocandum magis scabiem ad eutim, pa-

tiens utatur sequenti balneo.

cu fle for mi lui

Recip. foliorum malue cum radicibus, uiolarie cum radicibus ana. M. ij. bulliant in sufficieti quantitate aqua. usque ad consumptionem tertiæ partis, deinde colentur, et cum colatura diluat se patiens in omnibus membris sca biosis. Apparentibus uerò post signis digestionis in ma= teria purgetur patiens cum sequentibus pilulis, si pi= tulæ sibi sint magis familiares, uel cum sequenti medici= na in forma boli, uel in forma potionis ad libitu patietis.

Recip. pilularum de fumoterra scrup. ij. aurearum nicolai, fœtidarum, ana scrup .s. misce, er siant pilulæ

numero.y. Vel sic.

dia

140

Ma

村

140

bos

Wit,

fet fit

oris

UN,

144

ites,

7765 bus

0000

enti

bie.

1114,

iter: no di

**多都** 

D4"

Loop

Recip diacatholiconis.unc.i.cofectionis amech.drach. s.electuarij succi rosarum scrup.iiij. misce, or fiat bolus cum saccharo, uel fiat potus cum decoctione communi florum or fructuum quantum sufficit, cum qua bulliant foliculorum senæ, polypodij quercini, summitatum fu= miterræ ana drach.ij. & detur patienti duabis boris ante lucem. Et aduerte quod cum hæc sit euacuatio eradica= tiua, ante phlebotomiam, uel ante syruporum assumptio= nem, recordare debes de lenitione precedente cum Cassia fistula, uel cum diaprunis non solutiui, uel cum tamarin= dis, uel cum trociscis de uiolis sine scamonea, que omnia multum leniunt euacuando humores adustos, his euacuationibus tum phlebothomia, tum pharmatia factis, pote= ris audacter trasire ad unctiones in scabie conuenientes.

Ad scabiem puerorum, in quibus nulla adhuc præcessit euacuatio propter ætatem non consentientem, plurimum ualet sequens unguentu

fine aliquo timore.

Recip. olei rosati unc.iiij.salis comunis drach.i.s.buty= ri recentis loti unc.i omnia simul bene misceantur, co in mortario bene ducantur, donec siat unguentum molle.

Ad idem, & ualet in pueris, & in sequentibus ætatibus, & ante euacuationem, & post euacuationem, & est expertum bene esti quotidie ante ingressum lecti propè ignem subtilissime membra scabiosa, uel totum corpus inungatur sequenti unquento.

Recip. Terbentinæ lotæ in aqua rosata.unc.iiij. succi li monis unc. i.s. Butyri recentis unc. i.uitelli oui numero i. salis comunis.drach.ij. olei rosati.unc. ij misce, odiu om nia agitetur in mortario donec siat unquentu pro scabie.

Ad idem, ualet sequens unguentum non nist præcedente digestione, & totius corporis euacuatione, & ubi scabies esset plurimum crassa.

Recip · succi lapacij acuti , of succi sumiterræ, succi plantaginis ana unc.i.litargirij argentei.unc iiij. Terbenætinæ lotæ cum aqua rosata.unc. ij. Cerusæ ablutæ, butyri recentis loti ana unc.i. s. succi limonis unc. ij. uitelli oui numero.ij.salis communis unc.i.olei rosati unc.i. s. misce, ominia simul in mortario plumbeo bene ducantur, uel agitentur, donec siat unquentum.

Ad idem, & est aqua mirabilis, cum qua patiens debet scabiem inungere. facta forti, & sub-

tili dilutione,

Recip. Aquæ distillationis lapacij acuti lib. ij. succi plantaginis unc. iiij. aquæ rosatæ unc. iij. succi limonis unc.ij.litargirij unc .vi.cerusæ unc.s, sublimati unc.i.s, sa= lis communis unc.s. sulphuris uiui dracb. iij. puluerizen=

tur puluerizanda subtilissime, or cum aguis misceantur, o in infusione maneant per diem naturalem. Demum po nantur omnia in alembico, er lento igne aqua distilletur. Et scias, quod prædicta aqua non solum confert scabiei, sed etiam ad delendum crustas morbi gallici. enim non folum tolluntur crustæ morbi gallici, sed etiam earum ue= Stigia delentur, o scias, quod quemadmodum præcedens aqua multum cofert ad scabiem sanandam, ita plurimum conferunt aqua termarum sulphurea, ueluti de poreta, de Abano, de Petriolo, or buiusmodi, euacuato enim corpore er à superfluis bene mundato, si in prædictis balneis pa= tiens balneetur, uidebis super boc iuuamentum præstans. Et unum tibi dico, sicut experientia compertum est, si ad huc uehementi, & sæua scabie totum corpus occupante quis molestaretur, si peteret pisanas termas de aquis, que balnea in comitatu pisarum sic dicta sunt, certe uidebis miraculum, cum non tantum à qualitate manifesta, quan tum à proprietate sua possunt huic conferre.

li

12.

cci

the mi

at,

wl

21

cct

nis

122

11/2

Ad idem.

Consulo, ut eo tempore quo patiens scabiem inunctio= nem fecerit, semper de mane apparente luce, consulo, uel laudo, ut utatur sequenti balneo calido in toto illius cor= pore, mox exiens è balneo ingrediatur lectum calidum, dormiat, or sudet.

Recip. Foliorum lapacij acuti, foliorum fumi terræ. foliorum maluæ cum radicibus, foliorum borraginis ana M.iij. furfuris ligati in petia M.ij. filiginis M.iij. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ, usque ad consume ptionem tertiæ partis, deind e colentur, & colatura usui seruetur. Et hæc de scabie.

r iiij DE MOR=

#### 264 EMPIRICA BENEDICTI DE MORPHEA, Cap.v.



D MORPHEAM, & alias cutis des fædationes originem habentes ab humore me lancholico, consulo, ut purgetur materia pecs

cans cum sequenti medicina.

Recip. Diasenæ lenitiui unc. i. Casiæ nouiter tractæ unc.s. misce, & siat potus cum aqua decoctionis polypo dij quercini, Epithimi, Thimi, & aliorum fructuum, & florum omnium communium, & demum digeratur mas teria, nulla facta phlebotomia in tali curatione, quoniam augeret causam Morpheæ cum sequenti syrupo.

Recip. Syrupi de fumo terræ.de Epithimo, de Thiz mo, de Endiuia ana unc.s. Aquarum borraginis, melissæ. fumi terræ, ana unc.i. misce, continuato isto syrupo per septem dies continuos. purgetur materia sequenti purga

torio duabus horis ante lucem.

Recip. Diasenæ lenitiui drach.vi. confectionis amech. drach.ij electuarij succi rosarum drach.i.misce, & siat potus cum prædicta decoctione.

Facta purgatione, laudo, quod ungantur omnes corpo ris partes morphea affectæ cum sequenti oleo calido

uesperi cum ibit dormitum.

Recip. Olei de tartaro, uini albi potentis unc.iij. Ad idem, ualet sequens unguentum.

Recip. Olei de Tartaro unc. ij. olei amygdalarum amararum unc. i. succi lapatij acuti unc.i.s. cæræ quan=tùm sufficit, et fiat unguentum, quo inungatur morphea modo dicto.

Et aduerte, quod cu uesperi siet dicta unctio, de mane eontinue continue diluatur locus affectus morphea cum sequene

Recip. Aquæ distillationis lapatij acuti lib.iij.interioa rum mellonum cum seminibus lib. ij. ouorum hirundie num numero decem, salis nitri unc. s. Tartari uini albi optimi unc.ij.omnia simul misceantur puluerizatis pula uerizandis, ponantur in alembico of distilletur aqua, of usui seruetur,

### DE COXIS, ET PVSTVLIS APPARENTIBVS IN FACIE, Cap. VI.

in E.

XI.

84

vh.

rbo

Ole

best.

277

VRATIO PVSTVLARVM appa = rentium in facie, quas communi nomine coxos appellant, regulatur Dieta, or ab initio sic ordia nanda est.

Primo, inungatur patientibus dieta non multiplicatiua sanguinis cholerici, uel slegmatis salsi, cum secunadum plurimum eorum materia immediata sit sanguinis acuti, uel cholera multitudo, uel ipsius salsi slegmatis, caueat igitur ab omnibus cibarijs calidis, quemadmodum sunt carnes, es cuiuscunque condimenti commixta, multus usus ouorum quantuncunque recentium, omnesque ves salsa, ex salsis omnia facta condimenta tales affectiones progignunt. ita es omnia piperata. i. condimeta facta ex pipere, quibus associatur Zinziber, cinnamo mu, garyophyli, macis, es buius modi, caueat quoque patiens à coitu, tanquam à re admodum obnoxia, cum ex coitu immoderato humores exacuantur, es siat tunc ma

teriæ præparatæ ad generationes talis affectionis, princi più igitur euacuationis erit capere infrascriptum bolum

per duas horas ante prandium.

Recip. Floris casia nouiter tracta unc. i. carnium Tamarindorum unc.s.misce, fiat bolus cum saccharo, sequenti uerò die consulo, sanguinis missionem ex Epa= tica cubiti dextri cum extractione sanguinis quinque unciarum, sequenti uerò die pro alteratione temperatu= ræ calidæ hepatis capiat patiens in diluculo sequentem

Grupum.

Recip. Srupi de succo acetosa, de succo Endinia, ana drach.vi.de fumo terræ unc. s. aquarum seminum com= munium frigidorum, lupulorum, fumi terræ, ana unc.i. misce, captis tribus de prædictis syrupis, laudo quod itera to patiens phlebotomet saluatellam sinistra manus cum extractione sanguinis pondere unciarum iiij.cotinuet ue rò patiens syrupos usque quo septimum ceperit syrupu, octavo vero die apparente signo concoctionis in materia purgetur sequenti purgatorio.

Recip. Seminis acetose, plantaginis, endiuix ana drach.ij.quatuor florum cordialium ana M. s. tamarin= dorum unc.s. Iuiubarum, sebesten, ana numero decem, Carnium prunorum damascenorum, passularum enuclea tarum ana unc.s.bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis. Deinde cum colatura disolue floris casia nouiter tracta drach. vi. electuarij succi rosarum drach.i.Confectionis amech.dia prunis solutiui, ana scrup. ij. & fiat potus. quiescat tamen patiens post purgationem per duos, uel per

tres dies.

Demum post meridiem faciat uenarum emorrhoidae rum apertionem, cum extractione sanguinis pondere un ciarum iiij.præcedente tamen clysterio lenitiuo.

器

III.

10,

25

VC:

1

titi

titt

Me.

K.i.

era

AR.

twe

þ.,

1714

thi

trin:

ZIII,

ples

ighe

pola

7.71.

bdia

igleat

per

STATE OF

Peractis uerò his euacuationibus, tum cum farmatijs, tum cum phlebotomijs uesperi cum patiens ibit dormia tum, uolo, quod inungătur ei loca affecta ab illis pustulis cum sequenti ungueto mane uerò totam sibi faciem cum infrascripta aqua.

Vnguentum tale est.

Recip. Nucleorum persicoru torrefactorum, of subti liter puluerizatorum unc.i. succi plataginis, semper uiuæ ana unc.s.cerusæ ablutæ drach.i.s.cum cæra quatum suffi cit siat unguentum molle.

Ad idem, & est unguentum expertum. & ad modum ualet uesperi.inuncta facie.

Recip. Succi citri unc. ij. cerusæ unc. s. sarcacollæ drach.ij.salis communis drach.i. olei rosati unc. s. litharæ girij argentei drach. vi. omnia simul in mortario benë ducantur.demum superaddendo modicum aquæ rosatæ pone in pomo citri, bulliant duabus ebullitionibus contienue cum baculo bene ducendo.

De mane uerò abluatur facies cum aqua dicenda.

Recip. Aquæ rosatæ lib. s. aquæ distillationis lapatij acuti, lib. ij. Coraliorum rubeorum, margaritarum ana drach.ij.camphoræ drach.i.puluerizentur puluerizanda et omnia simul bulliant unica ebullitione; deinde coletur, & colatura usui seruetur.

Ad idem, & est expertum, & secretum, si paties ter uel quater in die abluat sibi faciem cum infrascripta aqua, quæ hæc est.

Recip.

Recip. Camphoræ drach.ij.cerusæ ablutæ unc. i.cicerumrubeorum lib.s. interiorum mellonum lib.i.ouorum
birundinum numero decem, margaritarum drach.ij. se=
minum bombacis drach.iij.salis communis drach.ij. succi
limonis unc. iiij.tartari uini albi unc. s. puluerizentur
puluerizanda, contundantur contundenda, co infun=
dătur omnia insimul in lib. x. aquæ distillationis lapatij
acuti per duos dies naturales.

Demum omnia insimul ponantur in alembico, es distilletur aqua, qua utatur patiens modo dicto, procula dubio sanabitur ab buiusmodi affectione.

FINIS.

an

#### BENEDICTI VICTORII

EMPIRION ENVIRONMENT

FAVENTINI DOCTRINALIS

EMPIRICA DE FEBRIBY.

DE QVIDDITATE, ET MODIS

FEBRIS IN GENERALIS,

Caput primum.



EBRIS A FERVORE

dicta est, quia nostra corpora feruendo

febriunt, & per febrem in ebullitione

ponuntur, ob quod Galenus dixit in

prima particula aphorismorum com=

mento 16. Febris est calor natura=

lis mutatus in igneum, quoniam non potest in igneum mutari, nisi corpus ex toto afficiatur. Ideo dicimus febrem esse affectum er caloris naturalis, er totius corporis humani, ob quod princeps in prima quarti dixit, febrem esse totius corporis qualitatem afficientem cor, ideo er morbum communem cosueuimus eam appellare.

PRIMO, quia eius nocumentum communicatur to=

ti corpori.

SECVNDO, quia communicatur calori naturali per totum corpus expanso.quod non contingit alijs mor bis afficientibus corpora nostra. Quæ febris curanda à nobis habet tria genera principalia, ut in primo de febribus ad Glauconem Galenus scripsit: & secundum numerum trium partium existentium in corporibus hua manis tria sunt ipsius febris genera. Sunt enim memz bras

bra, humores, & spiritus, necessaria ad esse humani core poris. Quoniam ut scribitur à Principe prima fent primi canonis. Ab eis naturalitas corporis humani primitus resultat. Quòd si feruor hic primo uel suce cessiuè sit in his membris, nocumentum manifestum caue

sans in actionibus naturæ ipsorum.

VNVM genus febris habemus: quod genus dicitur Ethica, quasi habitualis facta, er affixa. Si uero idem feruor in humoribus tanquam in subiecto primo consie stat impediens actiones consuctas naturæ, ipsius bumo= ris, uel totius corporis, humoralem febrem nuncupabi= mus. Et est alterum genus febris. Quod si calor ebulliens in spiritibus fuerit ipsos impediens in actioni= bus natura:uel actiones natura impediens per ipsos ca= lefactos spiritus, erit tertium genus febris, quam Ephe= meram dicimus, unius dici duraturam tantum, ab Ephe= mero animali dicta: de cuius uita meminit Aristoteles in vi.de animalibus. Scias tamen quod febris sumit diuersi= tatem generum solum divisione rerum corporalium exi= stentium in corpore humano. Cum & alia plura ibi sunt, à quibus non possunt genera febrium distingui,ut accidentia, wuirtutes, Complexiones. Ab harum enim diversitate ut pote in corpore, febres non distin= guuntur. Quare dicam febrem esse corporis affectio= nem: siue membra, siue humores, siue spiritus affecti fue= rint. Quoniam autem febris Ephemera breuis termi= nationis est, o à toto genere salubris, ideo in presenti modicam habebimus solicitudinem de ea. Remittens me ad ea, quæ à principe seripta sunt in quarto Canone. o d Galeno in primo artis curatiuæ ad Glauconem. Et quoniam aliorum duorum generum scilicet putridæ er Ethicæ

till

94

M

Ari

goc;

fices

dice

tote

14

rit humanis corporibus. Ideo noster processus erit cir ca curam febrium putridarum. Quarum quædam sunt acuti morbi; quædam uerò non acuti, sed Cronici, iuxta Sermonem Galeni in secunda particula aphorismorum commento 19. Ideo noster processus erit à Curatione febrium putridarum acutarum, Demum ad curationem reliquarum ueniemus. Et quoniam febrium putridarum quædam sunt continuæ. Quædam interpollatæ.

Primo de cura febrium putridarum continuarum ser monem tractabimus compendiose. Deinde de alijs.

# DE Q VIDDITATE FEBRIS PVTRIDAE CONTINVAE, ET acutæ in generali, Cap. 11.

四面面面的

10:

th

ide

CE

OLENTES acutam continuam febrem cognoscere, dicamus cum Galeno in secunda particula aphorismorum commento 19.

Quòd febris acuta continua est, quæ cum uelocitate sui finis est magna, etenim ob materiam eius factam esse sub tilem es mobilem cum uelocitate finem suum attingit. qui est uel salus, uel mors. Et quoniam ex ueloci motu materiæ subtilis hinc inde male afficiuntur membra noa stri corporis, et eorum uirtutes. Ideo in ipsis seua siut accidentia, ideo dixit quòd est magna iuxta etiam teno rem uerboru Galeni in prima particula pronosticorum dicentis: Magnitudinem morbi debere metiri iuxta sæuia tatem accidentium. Vel dicitur febris continua acua ta: quia cum uelocitate sui motus, in ea est timor, ut ait Galenus

Galenus in loco præallegato, propter enim uelocem moe
tum materiæ curretis de membro ad membrum, et idem
in aphorismo præallegato acutorum morborum &c.
Ait, uirtutes corporum in tantum molestantur, ut tere
rentur, ut etiam ipse patiens, & medicus, & asidentes
ipsi de futura timeat morte et ideo dixit in ea est timor,
Et propter hoc habetis duo.

Primum quod medicus omni solecitudine, er prudentia debet se præparare ad Curationem febrium acuta-

rum continuarum.

Secundo, modum pronosticationis in generali in febribus acutis. Semper scilicet timorem in ipsis pronosticari.

## DE CAVSIS CONTINVAE ACVTAE PEBRIS IN GENERALI Cap, 11L

IT FEBRIS continuæ acutæ in generali ada funt causæ: quas Medicus debet cognoscere ante quam ad curam accedat, ut est dictum Galeni, in primo regiminum acutoru, comento tertio, ostendentis. Neminem debere febrem curare, nisi nouerit causam, Item, primo de febribus ad Glauconem dicit Galenus.

Quòd oportet Medicum ægritudines, & causas, & tempora earum cognoscere. Sic igitur huius febris Tria erunt genera causarum, iuxta modum determinationis Galeni in tertio tegni, & in libro de causis pulas sum: causæ scilicet antecedentes coniunctæ, & primitieue. Quæ ad nostrum modum loquendi consuetum se cundum Galenum, ad duo possunt reduci, scilicet ad genus causarum

causarum intrinsecarum & extrinsecarum. Causa igitur coniunctæ buius febris continuæ in genere,est ipsa putre do, que licet multotiens non iungatur cordi per se, per putridam tamen effumationem ad cor ipsum attingit,ut dicam putredinem cum effumatione putrida esse causam coniunctam febris. Quapropter cum intentio Curatiua ex tertio tegni sit causam remouere ægritudinis,re= ete considerabis hanc febrem non posse amoueri, nist amota putredine una cum putrida effumatione ad cor. Cuius cause coniuncte alie etiam sunt non multum di= Stantes ab ea, quas uulgus medicorum appellat etiam causas coniunctasut est prohibita transpiratio, er euen tatio humoris, qui in nostro corpore no potest euentari, qui afficitur calore extraneo, or ita putrefit, iuxta illud Aristotelis quarto metheororum:Putredinem esse corrua ptionem innati caloris ab aliena caliditate in uno quo= que humido. Huius autem prohibitæ transpirationis cau sa est, humorum coartatio in uenis. Nam cum ipst coartantur er ingrossantur ibi, prohibetur eorum euen-Cuius coartationis humorum causa est oppila= tio. Quapropter si omnes has rerum causas coniuna Etas uelimus dicere, immediatiorem tamen causam cætes ris, dicemus esse putredinem ipsam cum effumatione pua trida ad cor. Quare ipsius Medici intentio curatiua in ipsa erit, solicitare remotionem oppilationis, coarta= tionis humorum, prohibitæ transpirationis, et putredinis cum sua effumatione putrida. Cause uerò antecedentes continuæ febris acutæ, erit multitudo bumorum existen= tium ad intra uenas grossorum & uiscosorum, qui dicuntur esse causa obstructionis meatuum corporum, or inde prohibitæ transpirationis,er ita putredinis,er post putrida

tte

0

bris

1123

ple

itie

fee

Sis.

ari

tridæ effumationis, vipsius febris. Quare medicus in actu practico solers in præseruando ab bac febre, debet suis temporibus solicitare æquationem grossorum, vius temporibus solicitare æquationem grossorum, vipsiosoforum bumorum (qui utique dicuntur esse obstruetionis meatuum corporis) vipsiosom à corpore euae cuationem.

magna reperta in uenis corporis humani, ut contingit in inflamatiua æstate, propter quod natura cogitur ad uenas trahere multitudinem humorum, er præcipue caelidorum; quia habiliores sunt ad motum, à quorum calieditate uelut ab extranco, humores in uenis supercalesae eti putresiunt, er sebres faciunt. Causa uerò primitie ua, est causa extrinsecus operans, quæ primitiua dicitur, quia primum mouet antecedentes causas scilicet er coe iunctas. Coniunctæ autem er antecedentes eam moe uere non possunt, sicut est aeris intensa caliditas, à qua non solum spiritus inflammantur, sed er humores. Et sic à calido extraneo putresacti humores febres causant: ut plerumé; contingit in æstate ualde calida.

Secunda causa primitiua, potest esse mala qualitas im pressa aeri, ut in locis pestiferis, in quibus aer mala il= la, pestifera qualitate affectus, ingrediens corpora, hu mores nostri corporis afficit, or sic putredinem quan= dam causat, quam pestilentiam dicimus, de qua infra ser


monem babebimus.

Tertia causa primitiua potest esse uebemens frigidize tas aeris, à qua serrantur porositates corporis, ut inde su mi mali exhalare non queant. Et quasi per Antipezistasim supercalesacit eos humores. Et tanquam à calido extraneo putresiunt, er sebres putridas acutas causant,

caufant.ut plerunque contingit euentus febrium conti= nuarum in tempore byemis. Aliæ autem primitiuæ possunt esse causa à cibo, er potu secundum diversitatem qualitatum illis aduenientium, à quibus possunt humores in corpore putrefieri, & febres causari. Et hac pro causts generalibus prædictæ febris.

#### DE SIGNIS CONTINVARVM,

ET ACVTARVM FE brium in generali. Сар. 1111.



IGNA, quibus febrem continuam acutam dignoscemus, generaliter sunt. Capitis do. lor, materia enim febris cum sit in continua

ebullitione à superfluo putrido calore mali effumant ua pores, qui attingentes pelliculas cerebri malitiam com= plexionis causant in eis, & extendendo solutam contia nuitatem:propter quod capitis dolorem efficiunt.

Secundo, capitis calor, & totius corporis, quoniam cum materia faciens hanc febrem dicatur esse in ambitu totius corporis, tunc caliditate totum corpus afficit. Et quia fumi eleuati leues, caput attingunt . ideò caput, er totum corpus calet, hoc autem non contingit in alijs. febribus non acutis.

Tertio, febris intensto, quoniam cognoscitur per cone. tinuum augmentum caloris in toto, quia materia eius est subtilis, es de facili inflammabilis. Ideo propter boc intenditur in caliditate cordi communicata, propter quod febris continuo augetur.

quarto, caliditatis penetratio ad interiora manus tangentis cum caliditate mordaci. cuius causa est matearia febris subtilis, est facile penetrabilis, uehementi caliditate fundata potius in sicca materia. Ideo caliditas manum tangetis facile penetrabit. Cuius oppositum contingit in febre Ethica. Cum enim calidum sit in humido membrorum, potius ad lenitatem quandam, est anodinam caliditate declinat.

Quinto, uigiliarum instantia, cum enim uapores à mi nera putredinis eleuati ad cerebrum, calidi of sicci, sint natura ignei: apti sunt sua caliditate resoluere cerebri bumiditates, or uigilias inducere, sit enim somnus natu-

raliter humido ac frigido.

Sexto, angustia totius corporis, o inquietudo. Mae teria enim febris continua subtilis est, et mobilis, et hinc inde ad omnes corporis particulas mouetur. ut hanc pun gendo, alteram agitando, non relinquit membra in uno st

tu quiescere,nec totum corpus.

Septimo, sitis intollerantia, & uehementia. Cum enim à minera putredinis facientis hanc febrem conti= nuam acutam, eleuentur uapores calidi, ficci, ad supe= riores partes: ut ad orificium Stomachi, ad Meri, ad lin= guam, ad palatum, efficiunt caliditatem, ficcita= tem in membris illis.

Octavo, Ariditas, er ardor lingua, er palati, propter

eandem dictam caufam.

Nono, pulsus uelocitas. Cum enim febris sit ca= lor extraneus in corde accensus, quanto febris maioris fuerit acuitatis, tanto intensiore calore extraneo cor af= ficietur. Quare etiam cor tunc maiori euentatione indigebit, propter quam pulsus uelocitatur: quia mo= tus tus anhelitus sequitur motum pulsus: ideo uelocitatur anhelitus, o uelocior redditur.

Decimo,urina rubea,tincta aliquando multa citrini= tate, quia rubedo or citrinitas caloris affectus sunt, or quanto est gradus rubedinis, uel citrinitatis maior, tanto ab illo dijudicabis maiorem calorem. o fic à minera fe= bris contingit signum inseparabile rubedo urinæ, simili= ter tinctura citrina. Nec mireris si in primis diebus non appareat rubea, uel citrina: quia materia peccans non bene permixta adhuc sanguini est. Et hoc modo nist in primis duobus, uel tribus diebus, urina sic apparucrit:non debetur phlebotomia in febre continua inpri mo die, uel secundo: quia materia non bene adbuc sanguini permixta est. Quod si talis permixtio prima die apparet, fiat phlebotomia eadem die. Verum cum permixtionis signa non nist in secunda uel tertia die appa= rent : consulo, ut eodem quoque tempore phleboto= mia fiat.

Vndecimo, præter hæc, quæ dicuntur à Galeno in prizmo ad Glauconem, est etiam apud eum carentia borripizlationis, uel rigoris, uel typi. Dixit enim in secundo de differentis febrium: Proprium est ipsarum continuarum non borrere. buius dicti causa est: quia rigor, Typus, seu borripilatio, contingunt ex materia faciente febrem, sparsa ad lacertos, corporis musculos. Considerate tamen, quò din acuta continua potest esse rigor: ut in cae su, quo multa esse materia ad intra uenas cum uirtute expulsiua forti: ut eius pars expellatur ab intra uenis ad extra ad musculos faciens rigorem: permanens autem materia in uenis putrida multa, continuam faciet febre. Et sic in continua simul apparebit rigor: sed non est riz

s iij gor

gor interpollata:quoniam non seruat ordinem periodiationis.

Duodecimo, est tempus mensurans febrem continuam acutam comparatione ad interpollatam: quia in hac fee bre non inuenitur terminus 24. uel minus horarum, ut in interpollatis inuenitur. Sed continua afflictio usque ad totum tempus status inclusiue. Quòd si cum omnie bus his signis cognoueris materiam cholericam peccare in hac febre, eueniet tibi febris magnitudo, es intensio. Et ideo si uideris febris intensionem cum accidentium comitantium seuitia, iudicabis hanc febrem continuam.

este à cholera.

Decimotertio, paraphrenesis, & in somno loquutio frequens: somnia terribilia. Quum enim à materia putrida faciente sebrem eleuentur uapores calidi, o sic ci: qui afficientes spiritus animales in cerebro, promouet eos ad deseruiendum uirtutibus animalibus ad operationes natura sua contrarias: o sic loquuntur nesscientes se loqui. Et nota quòd hac signa dicta plenius uerificantur: si catera illis proportionata concurrent: ut atas iuuenilis, o assas, regio calida, o sicca, prateritum regimen. Quòd si pradicta omnia signa reperian tur in corpore iuuenis: in tempore astatis, in regione ca lida, o sicca, cum praterito regimine calido, o sicco, iudicium tuum efficietur certius; Quòd illa febris erit continua acuta. Et bac de signis.

alt

ter

co

#### VICTORII FAVENTINI.

279

#### DECVRAFEBRIS PVTRIDAE

generali, per uictus rationem,

Cap. Cap. V.



EBRIS, ueluti re magis alterante core pora,indiget aere declinante ad frigidum, or bumidum, quia contrariatur cause facienti

febrem acutamies febri ipsi, quæ est caliditas, es sicci=
tas. Et ideo exponatur æger febriens ad aerem natu=
ralem frigidum, est bumidumisi naturaliter talis no est,
artificialiter talis siaties disponatur cum folijs salicis,
nenufaris, uitis, cannarum, est similium irrorata Camera
eum aqua rosata; est bæc omnia per totum cubiculum
spargantur, est manibus æger ea tractet, est odorans, ex
bis remittetur calidit is febris acutæ, est humectabuntur
spiritus, est calor naturalis ad intra, observandi tamen
sunt duo canones in tali berbarum applicatione.

Primus, quòd hæ herbæ collectæ sint ante solis or tum:ne humiditas, frigiditas nocturna, caliditate solis

remittantur.

Secundus canon est, quòd in principio paroxysmi non applicentur herbæ ægro:neque per cubile spargantur.

Tunc temporis enim calor naturalis retractus ad ine tra, extranea frigiditate magis concentraretur: Ter per hoc principium paroxysmi produceretur. Similiter alteretur aer cameræ per irrorationem factam frequenter cum aqua rosata, uiolata, nenufaris: Teum cæteris aquis frigidis:in quibus plerunque apponantur Sandali, camphora. Hæc enim ultra hoc quòd infrigidant, Thumectant, etiam cor confortant. Potest quoque sieri siij pomum

pomum, quod patiens post paroxysmi principium odoz rando manibus tractet.

Recip. Florum nenufaris, florum rosarum, uiolarum ana M.i.contundantur, & cribellentur. Demum adde sandalorum alborum & rubeorum: ana drach. ij. Cam=phoræ drach.s.puluerizentur, & cum modico aquæ rosa

tæ incorporentur, or fiat pomum.

Fructus etiam laudantur, non ut edantur, sed ut manibus tractentur.cuius generis sunt citonia. Limones, or similes ad frigidum, or humidum declinantes: fugiat aua tem quantum potest, ne frigida manibus teneantur in principio augmenti febris:quia tunc calor naturalis ina cipit expandi ad exteriora, or forte frigiditate perce= pta iterum concentraretur, er paroxy smus prolongare= tur. Et reprehendendi sunt illi-qui nedum in principio paroxysmi ægris balnea ad pedes, eg manus adhibent cu aqua frigida, sed etiam in augmento: quia in augmento dubium est de concentratione caloris naturalis, paro xysmi prolongatione. In declinatione ctiam, quum na tura calorem putridum ad extrema dispensare conatur; impedietur ab eo opere cum aqua frigida. Tamen ir= regulariter operando suadeo, si in febricitante cauma fuerit, et dubitamus uirtutem desicere, in cura tunc non probibemus irrorationem factam cum aqua frigida: ut aqua rosata, uiolata, Nenufaris, co balneationem extre= mitatum in ijsdem. Imo & potum eiusdem aquæ concedemus: quia maius iuuamentum est: quod euenit ægro in custodia uirtutis, er securitate à morte, quam nocumentum, quod proueniret ex aliqua morbi pro= longatione.

(D) 数 ( B) 数 数

De cibo autem dico, quod indicatione sumpta à mora bo constante uirtute, in principio ex toto debemus aua ferre cibum. Et ideo st uoluerimus regulariter guberna= re acute febrientem. Si uirtus ægri constet indicatione sumpta à morbo, nihil cibi dabimus: quia morbus sem= per indicat de sui ablatione, cum sit res præter naturam. Morbi uerò conseruatio est ciborum exhibitio. indicatione ad morbum habita, or ad uirtutem constan= tem, nihil dabimus. Procedemus igitur à primo die in= ceptionis febris usque ad quartum hoc modo, si cognoe ueris per accidentium sæuitatem, quòd crisis in quarta futura sit :ut sit capitis dolor fortisimus, febris intensio uchemes, sitis, uigiliz, inquietudo, paraphrenesis, usque ad quartam diem exclusiue, or inclusiue nibil dabimus : ex= clusiue, quia diverteretur natura convertens se ad cibune à morbi pugna: inclusiue, quia est dies Crisis, or si ima proprie, in quo respectum habemus or ad cibum dandu. or ad medicinam. Quod si times uirtutem à sinthos matibus sæuis debilitari, erimus conteti solo potu aquæ hordei, dispensando secundum boras comestionis consuen tas, ut horis prandij, coeneg; sumat aque bordei unc. x. or blandiendo siti in medijs horis possumus unc. iiij. aque prædicte exhibere. Si uerò in egro cognouimus consuetudinem fuisse multi cibi: gr quòd tale corpus re= solutioni accomodum est, ut sunt cholerica corpora, tunc possemus uenire ad ptisanæ collatæ exhibitionem. Quod si æger or assidentes conqueruntur de cibo pauci, or exi gui nutrimenti, poterimus dare ptisanam non collatam. Et sic in his diebus usque ad quartam, ubi crisim impropriam tamen expectamus in ægritudine acuta,uel peras cuta, his cibis contenti erimus. Sed uetularum iurgia, & opprobria

60

er opprobria uitates, ægru hac dieta regemus usque ad quarta. Primo inceptionis morbi die nibil comedat, Se= quenti die enemate præcedente, quod uentrem mundet et intestina à fecibus abstergat, demus medullam panis loti decocta in aqua communi sine sale. Vesperi, idem fer= culum exhibeatur, or cum istis continuet usque ad quar= Quod si uideris uirtutem non sustentari cum præ dicto cibo, consulo, ut detur panis in iure pulli decocti, es: macri, o sic procedendo usque ad quartam, transacta quarta die, in qua Crisis non apparuit, quia accidentia non fuere tanta sauitatis ante quartam, ut in ea potuea rit crisis apparere, usque ad septimam æger diætandus est diæta großiori, et sic suaferim dari bordeum fractum decoctum uel in simplici aqua, uel in iure pulli sine sale, secundum uirtutis tollerantiam, una cum lacte quatuor seminum communium frigidorum, or maiorum, uel cum latte amygdalarum dulcium. Quod st timor effet de repletione capitis propter amygdalas, codiatur amygdae læ sic.primo depilletur, deinde ponatur in aqua calida per v.uelyi.horas:et in prædicto tepore quinquies aut sexies agitetur cu baculo: sic enim euacuabuntur à uiscositate, qua febri inimicabantur, et capiti, et exhibeantur tunc, et consulo, ut procedamus mane, or uesperi, sic cibando usa que ad septimum. In septimo cum sit dies crisis, à cibo abstineto, or à medicina. Post septimam, si crisis ad undecimam, uel quartam decimam prolongatur, cibandus est æger großiori diæta. Et sic conueniens eius diæta erit assumere Jecundum boras consuetas cibandi; fercu= lum ex pane loto decocto in iure pulli:concedes quoque lactucam, endiuiam, decoctas in codem iure, uel in aqua simplici, cum modico aceti, uel cum uino granatorum, nili

et

74

5

G4

tid

THE REAL

1

ale,

HOT

the take

140

per

CLES

Me,

n'et

cibo

itts

TCH:

gill

442

nisi pectoris mala dispositio uetet. Quare si ager tole lerare potest usque ad undecimam binam cibationem mane er uesperi, ex ferculo hoc facto, uel ex pane deco= eto in iure pulli cum oleribus dictis, sic procedes. Si uerò ægri uires hanc diætam sufferre nequeant, exhibe pulli carnium contusarum liquorem ad pondus unc.y.se= mel tantu in die in iure dissolutarum, und cum ferculo facto ex lactucis, o endiuia. uesperi autem contentetur solo hordeato cum lacte seminum communium frigido rum, uel lacte amygdalino. Quòd si expediens sit, or ura geat necessitas maioris cibationis, detur mane er uespea ri.contusum pulli, uesperi tamen in minori quantitate quam mane, ne uirtus noctu amateria morbi in conco-Stione facienda, ad cibi concoctionem reuocetur. Vnums tamen nota. Quod carnes semper alterentur ad frigie dum, bumidum, cum lactucis, fimilibus.ut endivid, acetosa, plantagine, spinachijs, uel cum seminibus commu nibus frigidis maioribus, uel cum buglossa. Quod fl uirtus ab undecima usque ad quartadecimam bene constabit: tunc diætam subtiliorem præcedentem eliges, ratione status, in quo silentium habere oportet. Quare constante uirtute laudarem, ut æger solo hordeato semel in die, aut pluries uescatur, secundum uirtutis teno= rem, uel cum lacte seminum communium frigidorum, uel lacte amygdalarum, secundum quod expedit uirtuti.

Aduentante uerò quartadecima, quæ dies est crisis radicalis, si uirtus non reclamat, nihil cibi dandum est. Acutæ enim ægritudines in quatuordecim diebus iudie cantur. Quod si in quartadecima uirtus fuerit alleuiata à materia morbi, iudicabimus terminum illius fe=bris saluum esse. Sin accidentia austa fuerint, iudicatis

timorem

timorem ægri. Deinde in offerendis ægro cibis, confis derandum est, quod cibaria, que in talibus febribus concedantur, non sint summæ frigiditatis:quia cum digestio calido celebretur, à summe frigidis impedietur, or humor incrudabitur, of digestioni minus obediens reddetur. or ideo non conuenit in digerenda materia febris aqua cucurbitæ, citruli; cucumeris. Plerunque enim contingit eum febre ipfa uirtutem debilitari, or tunc si darentur summe frigida, calor naturalis debilis ab intensa frigidi= tate obtunderetur. Itaque cum solis frigidis sebres non curantur, consulo, ut remiße frigida permisceantur frigidis, ut cause febrem facienti repugnemus : remiße uerò frigidis uirtutem digerentem iuuemus. Si igitur endiuiam, uel lactucam febrienti concesseris, non incon= ueniens erit aliquid buglosse permiscere, uel borraginis, intentione habita ad solam herbarum alterationem, ubi uerò indigeremus maiori apertione aliter fiet, ut postea dicemus.

Secundo considerabis, ne cibaria febrienti dulcia exhi beantur, indicatione sumpta à causa febris acuta conti-Quum enim ipsa sit cholera, uel humor alius cali nuæ. Dulcia uerò in choleram, uel humorem calidum facile conuertantur, ideo prohibebis dulcia. Et per hoc reprehendo eos, qui saccharu exhibent febrientibus acu te, quum saccharum ipsum declinet ad choleræ conuer= fionem, Mel quoque indicatione sumpta à febre, & eius causa, febrientibus non est concedendum tum quia cali= dum, tum quia dulce, nec in cibis solum à melle, sed etiam syrupis digestiuis abstinere debemus. Vnde stante caliditate in ætate, complexione : regione, or tempore, ægritudine, or causa eius.non dabis mel rosa=

tum

HE 10 10

P

te

ft.

des

700

per

gCN

col

roa

ON

do

COS

gara

4CCL

tan

明の本の時

tum collatum.

奉

one tio

TOP

U

CH2

git

il.

res

the

ijse

itr

:000

inis,

ubi

Sea.

mtie mtie

cali

date

boo

404

Net=

cous

calls

, fed

Vitale

U

ofte

Tertio considera, quod cibaria putredini parata acute, es continue sebrientibus dari minime debent, ut sunt sructus, poma, pira, Melones, citruli, etiam olera, que facile putresiunt, quia sua humiditate putrescibili sebris causam augerent. Ideo recordare, si aliquando concedere uelis poma, pira, es similes fructus coctos: non facias boc cibi gratia, sed appetitus excitandi causa, olera autem a nobis concessa in sebribus non expectant in stomacho putresactionem.

Quarto considerabis, ne cibaria stiptica febrienti acus te exhibeantur, ut sunt fructus stiptici, citonia, carnes to= stæ, quia omnis febris materialis cum ab opilatione pena deat. stiptica magis opilant, & cum in omni febre, cure nobis sit, uiarum apertio, Stiptica uerò uias obstruunt, & per hoc opilant. Ex his omnibus concludo, quòd cibus in acutis continuis febribus conuenientissimus est ptisana colata; uel non colata. has itaque primo exhibeatis ægro.

De potu in febre continua acuta loquor. Vinum pora rò auferri uolo, quia calidum: febris autem calida est, es omnis complexio distemperata suo simili augetur. secundo quia uinum ad caput euaporat. In acuta autem febre continua, uapores ad caput eleuantur, propter quod augerentur simul à duobus uaporibus accidentia, quæ capiti accidunt ex febre, ut capitis dolor, paraphrenesis, Vigilia rum instantia, quia à uaporibus calidis quadoque humi ditates resoluuntur resolutione ad uigilias præparante.

Quòd si id corpus uino assuesactum est, detur uinum aquosum, es imbecille, multa aqua dilutum, es album. Si uerò febri coniungeretur uirtutis debilitas: Cum propter simboleitatem, quam habet uinum cum spiritu, es sangui ne humano:

ne humano, est de bonis, or citissime restaurantibus uirtutem. Quare tunc admittas uinum album, odoriferum, aromaticum, quia maius iuuamentum est, quod euenit ægris in restauratione uirtutis prostratæ, quam est nocu mentum, quod ex aliquali augmento febris accidit, ut Galenus docet.primo ad Glaucone,in cura febris Sinco= palis.cap. 1 3.07 12. methodi cap. 5. 07 6. Si enim duo contraria accidentia consequentur, inspicere oportet, quod eorum sit fortius. Si enim sincopis fortior esset fee bre, uinum concedemus. Sin febris fortior sincopi, à Vino abstinendum est, quia febrem augeret, que mortis occasio esse posset Summatim autem dico, quod ubi in aliquo tepore febrium putridarum uirtus effet admodum resoluta o accidentia febris essent quieta, ita ut non timeremus de maiori resolutione uirtutis propter accidentia ipsa; tunc expertum est, unum dare in omni tempore febris esse satis coueniens, quonia semper Medicus debet esse sol licitus de eo, quod magis suspectum est. er est resolutio uirtutis, or tunc confortabimus uirtutem, non adaugendo accidentia, que quietant. quod si ex uini potu tunc etiam accidentia adaugerentur, maius erit iuuamentum, quod eueniet in restauratione uirtutis, quam sit nocumentum eueniens ex aliqualiter auctis symptomatibus, ubi uerò in febribus putridis accidentia ægrum inquietarent', ad buc stante debilitate uirtutis uinum no dabo:ab eo etenim in tantum possent accidentia concrescere, ut æger necare. tur. Quod si illi debilitati uirtutis cum sæuitate acciden= um nolucris succurrere, alia inueniemus ingenia paulo infra dicenda. Potus igitur febricitantium febre putrida conueniens sit aqua ordei non multæ decoctionis, uel aqua decoctionis seminum endiuiæ, Seminu lactucæ cum uino granatorum

ti

ti

49 A9

pro con Ac

tur

tis,

atq

filer

egi

do

MCD

ad co

lent

dian.

granatorum, uel Iulep uiolato, quod si in huiuscemodi sembribus adhuc uirtus sit resoluta. cum seuitate accidentium: Laudo potum iuris pulle macre, Cuius decoctio non di catur esse multum longa: eo enim iusculo alterabi tur mala complexio calida, er uirtus confortabitur num trimento equali.

10/th/ 00

100

tee

uta

例如

bris

fol

rido

118

um

, ad

ATE.

dene

olun

trida

19114

Potus autem febrientis, ubi febris fortior est sincopi, quod ex pulsu uehementi discernes.est uinum granatorum cum aqua buglosse succus de ribes. succus acetositatis citri,que & caliditatem remittunt, & cordialia sunt. Potus uerò conuenientissimus in febre acuta continua, est aqua hordei:et ideo laudo, quòd iste potus nopermutetur. Aquæ uerò hordei est multiplex decoctionis, ideo non ap probocut febrienti cum cibo detur aqua hordei multæ de= coctionis, quia hac cibum corrumpit multa hordei uirtute Aqua uerò hordei,quæ cum cibo,et extra cibum concedia tur continue febrienti sit pauca, uel mediocris decoctio= nis, quia tunc et sitim sedat, er totum corpus refrigerat atque humectat. Potus etiam febrientis conueniens est ui num granatorum medij saporis, nist obstante pectoris ægritudine, aut stomachi debilitate: quia tunc possumus dare aquam Endiuiæ cum iulep uiolato, aut alio potu con uenienti uti possumus, ut est sequens.

Recip. Seminū Endiuiæ, plantaginis, acetofæ, lactucæ ana. drach. iij. Bulliant in quatuor lib. aquæ limpidæ ufque ad confumptione medietatis, deinde coletur & colaturæ adde uini granatorum unc. iij. Iulep uiolati unc. ij. iterum lento igne bulliant quoufque elongetur iulep.

Neque turberis, si quipiam concedant in febre quoti= diana, uel quartana uinum esse idoneum, quoniam hoc est abusiuum: cum & ipse febres sint, et putredinem habeant

Ideo

Ideo in eis uino etiam neglecto, poterimus talem potum exhibere.

Recip. Radicum fœniculi, petroselini, buglossæ, Endizuiæ ana unc.i. bulliant in lib.v., aquæ currentis claræ usq; ad consumptionem medietatis. Deinde coletur, co colatue ræ adde succi pomorum dulcium, uini granatorum dulæ cium ana unc. ij. cinnamomi electi drach. s. co iterum lenzo igne bulliant cum saccharo usque quo siat iulep longumaxime coueniens in febribus, cuius causa est materia sri gida, ut pituitosa, uel melancholica, co bæc de potu febri citantium in generali dicta sint.

#### DE SOMNO.

N HOR A paroxismi principi particularis expertum est. somnum sebrienti admodum nocuum esse. Et ideo ab eo tunc cauendum

est. Ratio est, quoniam in principio paroxismi, re=
trabitur calor ad interiora, & materia submergitur: in
somno uerò idem calor retrabitur, & ad interiora uer=
titur. Quo sit, ut due sint cause submersionis caloris
naturalis: Vna somnus: Altera principium paroxismi, ex
quo facile principium paroxismi prolongaretur: & ti=
mor esset, ne calor naturalis propter multos modos sub=
mersionis eius in principio paroxismi suffocaretur. Ideo
tunc omnino cauendus est somnus, in augumento uerò
particulari paroxismi febris, simpliciter prohibendus est
somnus. ratio est, quoniam in hora augumenti sit expan
sto caloris ad exteriora: in somno uerò sit retractio calo=
vis ad interiora, es sic ex somno, in augumento posset
reddi principium paroxismi. Dico hoc uerum fore, quan=
do uirtus

do uirtus in febre fuerit obtenta à prauis humoribus. Vbi uerò natura prauos humores in febre uicerit, tunc in aug mento, o maxime in ultima parte augmenti, pote= ris somnum concedere febrienti, o in statu similiter. Et hoc dixit princeps in prima quarti, er in quarta pri= mi, cum dixerit, or forte apud statum non nocet. Et hanc sententiam uoluit Salenus in secundo aphorismorum Commento primo illius aphorismi, in quo morbo somnus laborem prestat.etc.Vbi ait:quod si fuerit uirtus uicta à prauis humoribus in augmento, of statu paroxismi, non concedes somnum, cum ex eo mala sequantur symptoma= ta,ut erunt, dolor capitis, inquietudo, uertigo, er mentis alienatio: Vbi uerò dixit Galenus:in eisdem temporibus uirtus prauos uicerit humores concedatur somnus : quo= niam tunc uirtus fortis bene concoquet prauos humores, in declinatione uerò, Somnus conuenit, iuxta illud principis: in declinatione somnus plurimum iuuatiuus est, hortor igitur uos, quod in febribus, in quibus praui bumo res uirtutem obtinebunt in temporibus particularibus febriu principij augmenti, & status, non cocedatis som= num: in declinatione uerò non inconueniet somnus.

出間間の

in

ME.

ris

,cx

tia ib=

四日日日

los Tet

### DE VIGILIA MAXIME ATTEN.

ICIM VS quod in temporibus universalibus sebris,non sinatis uigilias ipsas adaugeri:quo niam propter uigiliam superstuam admodum

debilitantur spiritus animales: quo fit, ut illi non recte deseruiant uirtuti animali: et sic in febribus ex superstua uigilia plerunque contingunt deliria, or paraphreneses,


tunz

tum etiam quoniam in uigilia spiritus sunt in continuo motu ex motu uerò calesient, o inflamabuntur: quo sit, ut humores eadem inslammatione inflammentur, o incendium addetur augmento febris.

#### DE EXERCITIO.

I CIM VS quod cum corpus febriens localiter moueri non poßit, loco exercitij ordinentur ei frictiones totius corporis: non fiat aut hoc, nist corpore præeuacuato: quoniam non euacuato corpore, facile ex frictionibus agitabuntur humores, or materia febris, or febris, or symptomata augmentabuntur.

#### DE INANITIONE, ET REPLETIONE.



#### DE ACCIDENTIBVS ANIMAE.



A V D E A T æger, et non tristetur, gaudeat cum gaudentibus, præcipue cum medico, offerendo sibi crebrò pecunias, quoniam citius

DE CVRA

#### DE CVRA FEBRIS PVTRIDAE CON. TINVAE ACVIAE PER concoctionem. Cap. VI.

NVM observabis in hac cura, quod si more bus fuerit continuus, acutus: et furiosus: quod ex accidentium sæuitate, o uchementia, die

gnosces, ut ex capitis dolore, siti intollerabili, inquietudi= ne, totius corporis fastidio, o illis multum auctis ir= regulari curatione materiæ digestionem non expectamus immo morbi, uelocitate materiam euacuabimus. Secundo considerabis, dato quod materia non esset furiosa, sed ex modo sue substatue cum facilitate educi posset:tunc ante digestionem euacuare licebit, ut cotingit in materia suba tili ad motum apta. Quam sententiam, & Auicenna, G Galenus sequuti sunt in libro. Quando, & qualiter euacuare oportet, in materia igitur furiosa non præces dente digestione sequenti pharmaco utere.

Recip. Mannæ granatæ electæ unc. ij. uel floris caßiæ nouiter tractæ drach. vij. reubarbari optimi, & electi drach.ij.spicæ gran.x.Diaprunis solutiui scrup.iii. Infun datur reubarbarum cum spica in aqua endiuiæ cum mo= dico uini albi odoriferi ad x.horas.Deinde fiat fortis exe presio, or omnia simul dissoluatur cum decoctione com= muni florum, et fructuum quantum sufficit cum qua bul=

liant Tamarindorumu unc.s.et fiat potus.

Quòd si ægritudo non fuerit furiosa, er materia ex modo substantiæ suæ obediens erit euacuationi, er non rebellis, non expectata digestione euacuabimus eam se-

quenti pharmaco.

ple

MA Fee

tus

RA

Recip. Mannæ granatæ electæ unc.ij.uel caßiæ nouiter tractæ unc.i.electuarij ros. Mesuæ drach.ij.misce, of siat bolus cum saccharo, uel dissoluatur cum aqua decoctionis Tamarindorum, ac storum ac fructuum quantum sufficit.

Quod si materia non fuerit furiosa, es non obediat, es ex modo suæ substantiæ det nobis indutias ad digeren dum, cosulo, ut præcedete enemate lenitiuo, incipias mate riam ipsam digerere. Enema lenitiuum tale est.

Recip. hordei non excorticati, ut melius abstergat: foliorum maluæ, uiolariæ ana M.ij.bulliant in sufficienti guantitate aquæ usque ad cosumptionem medietatis. De=

inde de colatura

Recip. Lib.i.sacchari rubei unc. ij. olei uiolati unc.iij. uitelli oui numero.i.salis communis drach.ij.misce. ofiat clystere. Postea uerò digeratur materia. o moneo, ut in digerendo materiam consideres substantiam materiæ pec cantis, et qualitatem eiusdem. Si enim substantia materiæ fuerit subtilis: quod ex urinis ad citrinitatis, et subtilita= tis gradum tendentibus cognosces, per uisus penetratio= nem per omnes partes urinæ. Tuc procedemus cum syru pis ingrossantibus, ut syrupo uiolato, iuiubino, de endiui a gentilis.i.syrupo composito,syrupo de succo endiuiæ,cum aquis appropriatis, ut plantaginis, endiuiæ, acetosæ. Si au tem materia fuerit substantiæ grossæ, cum syrupis mae teriam subtiliantibus, ut oxizaccara, syrupo acetoso sim= plici, syrupo de endiuia, qui ualet in utraque materia, Sea cundo considera qualitatem materiæ peccantis. Et quia materia peccans est calida, immo semper syrupi fint in= frigidatiui, non ultima infrigidatione, quia prohiberetur resolutio, or digestio per incrudationem humorum, sint ergo frigidi, non tamen ultimo frigidi. Tertio considera, quod

le

bes ad confortationem principalium membrorum, hepaa tis maxime, quod est minera generationis humorum, co cordis, quod fundamentum, or radix est uitæ. Vbi igia tur materia subtilis eset, er calida, ualet syrupus seques.

Recip. Syrupi uiolati, syrupi de Endiuia, de succo acea tose ana unc.s. aquarum buglosse, cicoree, acetose, ana unc.i.misce. syrupus uiolatus remittit acuitatem caloris præternaturalis, et est cordialis. Syrupus de Endiuia reamittit caliditatem præter naturalem, or hepar conforatat, syrupus de succo acetose ualet pro corde, or mire prodest in febribus incensiuis. Syrupus in materia febrili

ad grossum declinante is est.

Ŀ

Recip. Acetosi simplicis, syrupi de endiuia ana drach. vi. aquarum buglossa, cicorea, endiuia ana unc.i.misce. Tempore uerò eo, quo fit digestio in materia, consulo, ne uenter ægristipticus seruetur: sed quotidie si natura non est mollis alui, tamen arte lenitio custodiatur. Clysteria autem fint lenitiua solum, or præparantia ad euacuatio. nem materierum existentium in uijs latis: non autem attractiva sint à longinquis. Quia cum materia existens in uenis sua subtilitate sit ad motum parata, ex hisce acu tis clysteribus agitata materia ad periodum moueri posset. In clysteribus itaque non ponatur hiera nec simplex, nec composita, nec electuarium aliquod solutiuum, nec olea multum attractiua; & calida, nam ultra boc,quod attrahendo, materiam agitant, totius etiam corporis ca= lorem augent. Sint uerò enemata ex decoctione rerum lenientium tantum, ut de herbis, Malua, Bismalua, Vio= laria, Blitis, Spinachia, caulis, or similia ad frigidum, or bumidum declinantia. Non negabimus cassiam, si fortis t iii fuerit

fuerit stipticatio, neque mel uiolatum, neque rosatum. Sed si uenter obediet lenitionibus, contentus ero cum dea coctionibus apponere saccharum duaru coctarum, oleum uiolatum, mel uiolatum, cum uitello oui, or sale, secundum modum prius dictum. Hoc autem enema quotidie siat, nistaliunde uentris lenitio siat, quia scimus quòd supersluita tes primæ digestionis fouent causas febris, or coniunctas, or antecedentes.

Quod si patiens enemata abhorret, alio ingenio condu camus uentris lenitionem: Et sic consulo, ut omni mane ante cibum capiat infrascriptam decoctionem, ad quantiz

tatem unc.iij.quolibet mane.

Recip. Iuris pulli sine sale, or sine aliqua pinguedine unc.vi.carnium prunorum damascenorum numero.v.pasa sularum enucleatarum unc.s. bulliant simul usque ad medietatem iuris:deinde coletur sine expressione, exhibeatur ante cibum per unam boram. Vel siat etiam boc.

Recip. Aquæ claræ unc. vi. Caßiæ fistulæ cum toto cortice, medulla unc. s. frangatur caßia per portiones bulliant in prædicta aqua ad tertiam partem, coletur, er

colatura tepida exhibeatur modo prædicto.

CONSIDERANDVM, quod præsens digestio in hac sebre continua acuta debet sieri à primo die incepationis sebris, uel à die Secuda post euacuationem minoratiuam usque ad septimam diem. Quòd si urgeat necessitas euacuationis, non habebis excusationem in sexta die ad exhibendam medicinam eradicatiuam. Quòd si necessitas non urget, caue ab exhibitione pharmaci in sexta. Quia posset materia moueri ad crisim in sexta, es tunc forte impediretur motus crisis, quem natura intendit in septiama, et tunc ab exhibito pharmaco tantum natura debiliatari

tari posset, quòd aduentante crisi in septima, uirtus non sustineret pugnam morbi. Neque in septima euacuare de bes: quia est dies crisis, in qua nibil agendum. In octaua uerò præparabis te ad euacuationem materiæ, apparentibus signis digestionis, cum quibus & qualibus, dicam postea, euacuatione facta, si uideris multum materia indiagestæ relictum suisse: propter quod febris suum acumen continuaret: iterum præparabis te ad digestionem iteratam.

Syrupi secundæ digestionis sint non solum alterativi complexionis calidæ, et siccæ, sed et aperitivi uiarum, et oppilationum remotivi, à quibus febris ipsa so uebatur per somentum putridum.

Syrupus conueniens in digeftione est talis.

Recip. Syrupi dinarij scilicet bisantini, syrupi de endiuia ana drach. vi. aquarum absinthij, in quacunque fe= bre cronica, et acuta, post septimam appone absinthium, quia stomachum confortat, et bepar, er cholera acuita= tem remittit, buglossæ, cicoreæ ana unc.i.misce. Et sic co= tinuabis banc secundam digestionem in materia faciente febrem acută, observatis his, que prius dixi, scilicet quod uenter quotidie leniatur. Neque patiens in digerendo ma= teriam sit solicitus, ac cupidus in comestione alicuius rei uel in potu impediente digestionem, ut succi fructuum scilicet cucumeris:melonum, citrulorum, cucurbitarum, quia prohibent resolutionem, & materiæ digestionem impediunt. Apparentibus autem signis digestionis facta enacuatione in octaua, consulo, nisi urgentisima fuerit necessitas euacuationis eradicatiua, quod ipsa no fiat nist post decimam quartam, urgente necessitate euacuationis fiat in duodecima, quia non est dies periculosa. Quod si dies duodecima maioris inquietudinis esfet, et co actus. in

it

15

が一般

rt¢

The same

sideres horam aduentus acerbationis per septem hos ras ante, eodem die euacuare poteris, uel in fine duo decimi diei , hæc sunt pro intentione digestionis. O uòd si coactus esses ultra prolongare digestionem secundum ordinem prolongationis febris, intentio magis sit ad aperiendum, quàm alterandum, quia longa actione caloris putredinalis materia illa erit incinerata, es facta melane cholica: quare indiges maiori apertione, quàm infrigia datione. Et sic syrupi tui erunt, syrupus de duabus radiz cibus, syrupus de quinque radicibus, syrupus de lupulis, syrupus de pomis compositis, et similes aperitiui syrupi, cu aquis appropriatis, aqua fœniculi, appij, lupulorum, semper addendo aquam buglosse, ratione cordis.

#### DE CVRA FEBRIS PVTRIDAE CONTI NVAE ACVTAE PER EVACVATIONEM materiæ. Cap.VII.

TNON te lateat, quòd euacuatio in huiufacemodi febribus fieri potest duplici ingenio, aut phlebotomia aut pharmatia. Bene igitur considera, si in huiusmodi febre continua acuta conue niat phlebotomia, or quia in pluribus in principio ægritudinis fieri debet, quia euacuatio est uniuersalis, Moneo ubi uocatus es . ut signa phlebotomiæ consideres, or est ætas iuuentutis, complexio sanguinea, Tumor faciei, ac oculorum instatio cum rubedine, uenæque in oculis tumen tes, or apparentes, caliditas in toto corpore, consuetudo ad phlebotomiam, si horum plura signa adsint cum urina rubea grossa, febrientem phlebotoma ex basilica lateris dextri

dextri cum extractione sanguinis tenore uirtutis obsera uato. Dato quod urina non esset grossa, rubea, uel citrina attestans dominio cholera, considera si corpus sit iuuenia le musculosum sanguineu: tuc no obstate dominio chole= ra, phlebotomare poteris, no tame copiose, ac si solus pec caret sanguis, uel cholera sanguini permixta. Vnum tamen dico. Si febriens continua acuta tibi occurrit, ætate, or uirtute consentiente, à principio ipsum phlebotoman= do non peccabis, quia minera intra uenas est, er uena se-Ctio à uenis non sanguinem solum, sed etiam alios humo= res putrefieri aptos, peccantes educet. Hoc igitur ges nerale sit præceptum, quod in febre acuta cotinua, à prin cipio, er maxime in tertia die phlebotomabis ægrum, quia tunc materia peccans bene permixta est sanguini, Quod si sanguis peccaret uel per se, uel cum alio bumo re, copiose phlebotomare audacter potes: facta phleboto mia digestionem incipies secundum modum dictum, ada "uentante die euacuationis primæ iam dictæ, dabis febrien ti medicinam sequentem, præcedente lenitivo enemate, uel uentris lenitione, uel alio ingenio celebrata. Quia corpora quæ euacuare uelis,oportet fluxa facere.

11

10,

Yla

00

60

15

Recip. Carnium prunorum damascenorum numero.x.
tamarindorum unc.s.iuiubarum, sebesten ana numero xy.
passularum enucleatarum unc.s. quatuor storum cordia=
lium, buglosse, borraginis, rosarum, uiolarum ana drach.
ij.liquiritiæ mundæ drach.iij.bulliant in sufficienti quan=
titate aquæ usque ad consumptionem medietatis. Deinde
colentur, cum colatura dissolue Mannæ electæ unc. ij. uel
florum casiæ nouiter tractæ drach. yi. reubarbari electi
drach.i.s. spicæ gran. yij. infundatur reubarbarum cum
spica secundum artem per nouem boras: diaprunis solutie

ui, electuarij de dactilis ana drach.i. dissoluantur omnia er siat potus, qui exhibeatur duabus horis ante lucem, dormiat super ipsum per duas horas, uel unam cum dimidia. Deinde usque per totum tempus vi.uel vij. horarum maneat uel in lecto, uel in camera deambulando, si potest clausis fenestris, sinita ac completa actione medicina, quòd ex siti, et somni aduentu dignosces, dabis ei lotiuum aqua hordei unc.v. uel iuris pulli sine sale cu modico sac chari abstersiui.i. sacchari duaru coctaru, lotiuo sumpto per hora dormiat, quia somno corroboratur uires corporis euacuatione debilitata, postea sumat prandium secun dum modum superius dieta ordinata. Sequenti die per tres horas ante cibum siat sequens enema lotiuum tale.

Recip. Aquæ bordei unc. xv. sacchari duarum coctaru unc. ij. uitelli oui numero. i. misce, & siat clystere. Quòd si medicina exhibita, non absoluatur pati ens à febre, ace cedes ad secundam digestionem residui materiæ peccanatis, ut diximus, dando Syrupos appropriatos. Apparentia bus uerò signis digestionis in materia, consulo, ut iterum

purgetur materia sequenti medicina.

Recip. Diacatholiconis drach. vi. electuarij rosati measure drach. ij. agarici electi scrup. iiij. zinziber is, salis gem mæ, si non affuerit impedimentum ex parte pectoris ana gran. iij. reubarbari electi drach. i. s. spicæ gran. v. infundatur agaricus cu suis correctiuis in oximelle simplici per nouem horas. Similiter reubarbarum infundatur in aqua endiuiæ, er modico uini albi odoriferi quantum sufficit per totidem horas. Deinde siat fortis expressio, er cum decoctione communi storum, er sructuum quantum suffizicit, dissoluantur, er siat potus, qui exhibeatur duabus horis ante lucem, modo assumptionis medicinarum ante, er poste

CH

村

a Precipitation fundamental

post supradicto.

TH

id

15.2

te

Me.

信

194

ndi

per

That That

CHE

"

5

Si uerò ab hac secunda digestione, er euacuatione man terie, patiens à febre non absoluatur, cosulo, ut tertia uice digeratur materia suis syrupis prædictis. Deinde purges

tur materia sequentibus pillulis, ut

Recip. pilularum aggregatiuarum scrup. ij. Agarici trociscati scrup. i. reubarbari electi scrup. s. Diagridij grana.i.misce cum syrupo uiolato. fiant pilulæ numero v. Exhibeatur mane per duas horas ante luce. Et scias quod hæ pilulæ conferunt in febrium declinatione universaliz quia sunt magis euacuatiue humorum grossorum, qui per incinerationem facti sunt . Quòd si his pilulis adhuc non liberatur æger à febre, credatis michi, quòd materia. non solum peccat qualitate, sed etiam modo substantiæ scilicet quia materia ex processu febris erit incinerata. or ingrossatum est, or ueluti in cinerem redactum, quoda dam caloris putredinalis fomentum. Et ideo consulo ; ut in processu utamur aperitiuis fortibus, non negligentibus. tamen extinctionem putredinalis caloris. Præterea cum longo, diuturnoque tempore febris præterito, æger uchementer debilitatus est · recte procedemus digerendo & aperiendo, potius quam euacuando. Idque cum cibis media cinalibus, quibus notabilis uiarum apertio fit: & conducetur materia ad uias urinæ, uel sudoris, uel alterius cuiusdam euacuationis insensibilis. Quod si illis præpare= tur materia ad uiam secessus leui quadam medicina : si non semel, pluribus tamen uicibus facilem uiam habebit ad euacuandum. Consulo igitur, quolibet mane æger ante diluculum capiat sequentem potionem, per septem, uel nouem dies continuos.

Recip.Radicum fæniculi:radicum petroselini:radicum apij:radicum Buglossæ:radicum Endiuiæ ana unc.s.Cicez rum rubeorum.unc.i.Bulliant omnia un sufficienti quantizate iuris pulli ad medietatis consumptionem. Deinde cozlentur, & colaturæ adde de syrupo cicoreæ cum reubarzbaro unc.i.si reubarbarum abhorret, loco eius exhibe syzrupu bisantinu, uel syrupu de duabus radicibus. Quo iure hausto, statim pănis se cooperiat, ut dormiedo, si possibile et, sudor prouocetur. si sudor no prouocetur notabile ope ratione per uias urinæ uidebis. Assumpto hoc iure, si ad se cessum materiæ declinent, exhibeto pilulas sequentes.

Recip. Pilularum aggregatiuarum, agarici trociscati ana scrup.i. diagridij gran. i.s. misce, cum syrupo uiolato fiant pilulæ numero.iij. Nota agaricus tardæ operationis est, er aliarum medicinarum, quibus admiscetur, operationem tardat. Ideo addidi diagridium, quod tarditatem operationis remouet. Hæc pro secunda intentione euacua

tionis dicta fint.

DE HIS QUAE CONFORTANT MEM
BRA PRINCIPALIA, ET HIS SERVIENS
tia. Cap. VIII.

ROHEPATE confortando consulo, post euacuationem materia à tot, ac tantis euacuationem materia à tot, ac tantis euacuationem in eo relicta sit mala complexio calida, quò d'hac auferatur ex epithemate extrinsecus ap plicato, o per unctiones. Pro quo diligentissime observa, quò d'a principio earum sebrium pendentium à materia, ipsa materia nondum euacuata, epithemata hepatinullo modo applicanda sunt. Errant igitur, qui hunc modum sequentur

fequuntur, quia materia intus frigiditate compingitur, quod facit ad maiorem præparationem indigestionis, ex maiorem oppilatione. Interdum uerò, si à principio istius febris fuerit cauma bumorum, ut ab intensissimo calore uirtutem desicere timeas, excusaberis, si à principio epia thimata frigida applicabis, maius enum febrienti iuuamen tum eueniet in conseruanda uita, quàm nocumentum ex prolongatione febris.

Epithima hepatis tale eft.

神神

in

20

erec

test

114

EM

post

1014

lexio

11549

四日は日

nist"

Recip. Aquarum rosatæ, epaticæ, solatri, endiuiæ, aceatosæ, ana unc.y. aquæ absinthij unc.iij. specierum cæroti triasandalini unc.i. spicæ gran.x. spodij dracha.s. aceti op timi unc.iiij. puluerizentur puluerizanda, misce pro epiethemate hepatis, quod epithema sic consiciatur, primo unica forti ebullitione bulliant, ut medicinarum uirtutes ingrediantur aquas. Deinde infrigidatis omnibus madesiat petia linea in isto liquore, or manu compressa teneatur fortiter donec caliditatem manus accipiat, or hepati apeplicetur. Et tam diu stet, nec diutius, donec calesieri cœa perit, or iterum remoueatur, or sic mane, or uesperi anete cibum hoc epithema applicetur. Vnguentum quo epiethematis loco inunges hepar ad consortandum.

Recip. Vnguenti sandalini, infrigidantis Galeni, olei spicæ ana unc.s. misce. Et nota quod renes, quum comiten tur hepar per uenas magnas ab hepate uenientes, eadem caliditate etiam renes epithimentur magis, tamen consue tum est, er observandum, ut solo dicto unquento renes inungătur. Porrò cum hepar non modo per exterius applicata confortetur, sed etiam per ea, quæ interius sumun tur, ob eam re laudo, quod patiens in declinatione febris infrascripta utatur mixtura.

Recip.

Recip. Diarhodonis abbatis, uel descriptione communi triasandalorum ana unc.i. diabuglossati unc.s. misce cum syrupo bisantino siat electuarium, de quo duabus horis an

te cibum, groffæ castaneæ quantitate sumito.

Cordi uerò succurremus confortantes per ea, quæ per extra applicantur, er intra sumuntur. Nec te fu giat in praxi in principio febris acutæ, Epithemata cor di applicare non esse peccatum. Quia cor est uita fons, origo.tum quod in corde non est materia bumoralis facies febrem, que ratione frigiditatis Epithematis possit compingi intus, ut erat in hepate. Nota etiam quod cordis Epithemata non debent esse multum eleuata in fri gido:quia membrum natura calidum : quantumuis cali= da ægritudine laborans intenfa frigida non patitur. quia ultra boc, quod malam complexionem calidam corrum= pit, periculum effet de naturalis cordis caliditatis extinctione. Ideo frigidiora Epithemata hepati per calidum lapso magis conueniunt, quam cordi cateris paribus. Neque hepati sola intensa frigida applicare conducet. Ideo in Epithmeate hepatis posui aquam absinthij, es spicam, ut aliorum frigiditatem frangerent, hepatisq; sub Stantia magis confortaretur.

Epithema cordis tale est.

Recip. Aquæ rosatæ, aquæ borraginis, aquæ buglos=
sæ, aquæ acetosæ, melissæ, endiuiæ, ana unc. v. storum bu=
glossæ, storum Borraginis, rosarum rubearum ana drach.
i.s. sandalorum albo. er rubeorum ana drach.i. Been albi,
ossis de corde cerui ana scrup. ij. Camphoræ, si fortis est
instammatio, gra. vi. Croci scrup. i. uini maluatici, aceti
optimi ana unc. iiij. puluerizentur puluerizanda, misce
pro Epithemate cordis.

Pro pauperibus hoc sequens unguentu eric conueniens,

Recip.Olei Nenufaris citrinæ unc.iij.pulueris florum nenufaris citrinæ drach.ij. sandalorum rubeorum, cora-liorum rubeorum. Seminum acetosæ ana scrup.i.Mar garitarum, ligni aloes. osis de corde cerui ana scrup. s. camphoræ gran.iij.cæræ albæ lotæ cum aqua nenufaris citrinæ quantum sufficit, puluerizatis puluerizandis, er cum modico ceræ albæ siat unguentum pro corde ante cibum. Valet in omni anxietate cordis, sit quoque cor dis confortatio cum his, quæ intra sumuntur. Conuez niunt autem conditum acetositatis citri, Syrupi de ribes. Sacchari rosati, sacchari uiolati, diabuglossati, diaborraz ginati, consiciendo electuarium tale.

is of tod fit

MI

Offe

(Be

群

の品

10=

ble

ach.

di

iseft

getti

ifce

OIO

Recip. Diaborraginati, diabuglossati, sacchari rosati ana unc.s.conseruæ acetositatis citri unc.i. specieru aroz matici rosati drach.i.s. misce, cum syrupo de ribes siat ele Etuarium, cui adde soliorum auri numero s.

Confortamus similiter hepar, & cor cum infra scripto electuario.

Recip. Diabuglossati, sacchari rosati ana drach. i. s. specierum diarhodon abbatis, specierum triasandalorum ana drach. i. s. misce, cum syrupo acetositatis citri siat electuarium. Cui adde foliorum auri numero v. poaterimus loco electuarij, exhibere confectionem in rotulis.

Recip. Specierum aromatici rosati, specierum tria sandalorum, diarhodonis abbatis, ana drach.i.s. sacchari optimi dissoluti in aqua rosata, er buglossa quantum sufficit, siat confectio in rotulis. Confortantia stomaschum, er intestina sunt, qua interius sumuntur, er ex

tra applicantur. Que intra sumuntur in causa frigie da confortantia stomachum, non declinent ad intensiore gradum caloris propter febrem, ut diacitonitem cum fac charo et speciebus. Mellis rosati colati, syrupus de meta in quo non est multus gradus caliditatis. Quod si time= mus caliditatem rei exhibitæ, temperabis cum aliquo fy= rupo frigido, ut syrupus de citonijs. Confortatio in causa calida stomachi non debet esse cum summe frigie dis,ne impediatur concoctio,ut.

Recip. Dacitonitem sine speciebus cum saccharo, sac= chari rosati ana unc. i. misce, cum syrupo de menta fiat niunt autem condition acctehiatis c

electuarium.

Si cognoueris febrilem calorem remissum: quia sumus in declinatione febris manifesta, no malum est prædicto electuario miscere drach.i.specierum aromatici rosati. De quo electuario assumat quotidie per duas horas ante cibum quantitatem magnæ castaneæ. Quod si ob ca= liditate stomachi à calore febrili corruptam, stomachus multiplicat superfluitates multas: o in intestinis, quo fit,ut continuò in flatum conuertantur.bonu erit,relicto priori electuario uti infrascripto.

Recip. Specierum diagalangæ, specierum aromatici rosati.puluerum diadragati frigidi ana drach.i.sacchari quantum sufficit, diffoluti in aqua menta, fiat confectio in rotulis drach.ij pro qualibet. Eadem confectio pro dest doloribus stomachi, or intestinorum, qui plerunque contingunt in febrium declinatione, or immediate post eius assumptionem, bibatur aliquantulum de iure pulli decoctionis anisorum. Quod si dolores stomachi & intestinorum superuenerint non stante febre, post ipsam confectione, modicum uini maluatici bibere prodest.

Per

Per exterius confortant stomachum, uel inunctiones, uel fomentationes, fomentatio stomacho debilitato conferens, uentoso in febrium declinatione, stante adhuc febre st urgeret necessitas talis est.

Recip. florum camomillæ:rosarum rubearum: Mentæ ficcæ, absinthij ana M.i. super calesiat tegula, er irrore= tur cum optimo uino albo, or odorisero: deinde madesiat herbæ super ipsam, or sic stomacho applicetur mane, or uesperi remouendo ante cibum.

Vnguentum confortatiuum stomachi stante febre, & post, rale est.

Recip. Olei spicæ, olei masticis, olei citoniorum, olei absinthij, ana unc.i.nucis muscatæ, ligni aloes, garyophyl loru, macis ana drach. s.coraliorum rubeorum, rosarum rubearum ana drach.i.Cinnamomi electi, scrup, ij. musci sini, gran. iij. puluerizentur puluerizanda cum modia co cæræ siat unguentum molle: quo calido inungae tur stomachus mane, er uesperi ante cibum.

Et hæc de curatione febrium continuarum acus

# AD SVCCVRRENDVM ACCIDENTIBVS FEBRIS CONTINVAE ACVta, Cap.ix.

in

ori

Hio

pro

日の馬の名

PM

VONIAM secundu plurimum in omni febre putrida acuta, cotingunt accidentia sæ ua, plerunque trabentia ad se curam. Ideo est utile plurimu or ægrotanti, or medico, illis accidentibus succurrere.

Primo quippe febriens quadoq; siti clamosa infestae tur, ideo expertum est, si febriens crebro bibat duos, uel tres haustus sequentis iulep, sitis ipsa sedabitur, cum

boc etiam ipsi febri iuuamentum præstabit.

Recip. Seminum endiuiæ, Acetofæ, plantaginis ana drach.ij feminum citoniorm drach.iij. quatuor feminum communium frigidorum ana drach. i. Bulliant om= nia in sufficienti quantitate aquæ fontis claræ, usque ad consumptionem medietatis. Deinde coletur sine ex presione, & colatura adde uini granatorum acetoso= rum unc.i.s. succi acetositatis citri, sacchari candidi, ana unc. i. s. Iterum lento igne bulliant & fiat iulep longum. garols ingil was him en

Adidem, multum expertum est conferre, si febriens in ore teneat lambendo frequenter de sequenti mixtura aluq minerimaling ili mirre itali

Recip, Mucillaginis seminum citoniornm unc. ij. mu= cillaginis seminum malue unc. i.puluerum diadraganti frigidi, sacchari candi ana drach. ij. sacchari albisimi qua tum sufficit, of fiat loch molle.

Ad idem, expertum est, & optime ualens in tussi, & difficultate anhelitus, si febriens ferè continuo teneat in ore frustum sequentis liqui=

ritiæ sensim masticando ipsum.

Recip. Liquiritiæ mundæ, o bene rasæ, o per frusta diuisæ uuc.ij. passularum enucleatarum unc. i. seminum Citoniorum mudatorum unc.s.facchari adi unc.i.mifce, or bulliant in sufficienti quantitate aque,usque ad con= sumptionem medietatis demum ufui reseruetur modo di= eto, ex issdem quoque rebus potes conficere cu saccharo albissimo loch molle. de quo patiens portiunculas teneat inore

in ore lambendo.

Ad idem, expertum est dare patienti de infra

Recip. succi costarum lactucæ, succi semperuiuæ, suce ci limonis ana unc. ij.mucillaginis seminum citoniorum, sacchari candi ana unc. i. or cum saccharo albissimo fiat loch molle.

Adidem expertum eff.

Si fuerit sitis ualde clamosa sicut in causone instama matiuo contingit, quod patienti febrem cum siti illa claa mosa condonetur potus multæ aquæ frigidæ, observatis conditionibus recitatis à Galeno In primo artis curatia uæ ad Glauconem, or ab Auicenna prima quarti, interquas debetis observare, ut dixit Princeps, quòd febricia tantis uentriculus in virtute concoctiva no sit imbecillis admodum.

Ad idem expertum est.

Si totum guttur extrinsecus inungatur cum sequenti oleo.

Recip. Olei de floribus salicum: de floribus cucurbita, uiolati ana unc. ij. diluantur bæc olea cum aqua fontis claræ frigida, & sæpius in die eodem inungatur guttur, ut dixi. Attende, quòd cum omnibus bis dictis semper potus ægrotantis sit, uel aqua hordei non multæ deeoctio nis, uel aqua cocta cum succo granatorum, & omnino parcat uino.

Item ad idem, & est expertum.

Si patienti mane o uesperi ante cibum diluantur exe trema à genu infra, o à cubitu infra, cum aqua dulci sim plici o calida, siet enim nedum euaporatio humidi ua= poris ad superiora, uerum o tractus uaporum calidoru u ij à superioribus à superioribus ad inferiora. Attende iterum, quod de maxime sedatibus sitim in febribus est, euacuare causam

sitis, quæ secundum plurimum est in stomacho, defluxa tamen ab hepate. Et ideo hortor uos, quòd aliquando ad= huc non concocta materia condonetis agrotanti modi= cum floris cassiæ, uel tamarindorum, uel Mannæ.quorum uirtus est euacuatiua tantum materiæ existentis in uen= triculo. Attende iterum, quod ad sedandam sitim in fe= bribus utile remedium est, si frigida continuo coquantur cum suis cibarijs, ut est lactuca, plantago, portulaca, se= mina mellonum, or alia semina communia frigida : con= dianturq; secundum plurimum cibaria cum succo grana torum, uel agreste, uel limonum : dum tamen inter omnia delectabilius extinctiuum sitis,est succus Acetositatis ci eri. Quandoq; ipsi febri iungitur aliud accidens satis borrendum, quod est instantia uigiliarum, propter quam spiritus resoluuntur, wuirtus debilitatur:ex qua instan tia uigiliarum plerunq; febriens deducitur ad deliria,ad inquietudinem, or ad mortem. Ideo hortor uos, ut procuretis abolitionem omnino instantiæ uigiliarum, primo quippe incipiendo à debilioribus prouocantibus som= num, ut uirtus melius affuescat ad fortiora, & sic non terrebitur. Ideo in primis, or ante euacuationem, or post, expertum est, lotiones extremitatibus admodum valere, maxime factas uesperi post cibum, his enim loa tionibus uapores frigidi, or humidi cum uaporibus cibi deferuntur ad cerebrum, eisdem quoque sua caliditate actuali diuertuntur uapores calidi, or sicci, qui à mine.

ra putredinis ascendebant ad cerebrum, or somnum pro-

bibebant, eius caufam auferentes.

igilis

Lotio igitur erit sequens.

Recip. Florum camomillæ, anethi, Nenufaris, uiolarum ana M.ij. capitum papaueris albi numero decem, foliorie lactucæ, uitis, cannarum, falicum ana M.i. & hoc si folia ista inueniri poterint, si non, sis contentus prædictis, bula liant omnia in sufficienti quantitate aquæ currentis usque ad consumptionem medietatis, deinde coletur, colatura usui seruetur. Vbi uolueris decoctionem istam fortisicare. Adde seminum susquiami albi unc. s. cortiz cum radicum mandragoræ unc. i. s. hortor semper uos, ut in prouocatione somni primitus tentetis ea, quæ per exterius applicantur, quoniam prouocatiua somni per interius non sunt sine timore.

Ad idem expertumelt, quod quacunque ho ra non poterit aliquis dormire, cum sequeti un guento inungantur tempora, & sub naribus, & pulsus manuum, & pedum cum plantis

eorum.

Recip. Vnguenti populeonis, olei Nenufaris ana unc. s. croci, oppij, ana gran. iij. misce, & siat lianimentum.

Ad idem, expertum est, & mirabile in prouo catione somni, si patienti instantiam uigiliaru, diluantur aures, & maxime pulpe earum, & narres cum sequenti uino.

Recip. Vini albi dulcis unc. vi. seminum Iusquiami albi drach.ij. Bulliant usque ad consumptionem medietatis ui ni, cum quo inungantur aures, or nares, or æger omnino

dormiet.

Ad idem, expertum est non potenti dormire, sacculus iste sequens naribus applicetur. u iii Recip. Recip. Seminum lactucæ, seminum nenufaris, seminum papaueris albi, seminum Iusquiami albi ana drach.ij.cor=ticum radicum mandragoræ drach.i. contundantur, opponantur in sacculo. Bulliant in aquæ lactucæ, aquæ nenufaris, uini albi odorferi ana unc.iiij.certe si patiens buius sacculi odorem continuabit, omnino dormiet.

Adidem.

Recip. Florum nenufaris quantum expedit ad conficiendum plumaceolum, seminum insquiami albi unc. ij. misce, es conficias plumaceolum, super quod æger capite cubet.

Item ad idem, expertum est, quod post comenam, cum patiens cubare uoluerit, imponantur per nares quatuor guttæ sequentis olei, & dormiet.

Recip. Olei de seminibus papaueris albi, olei uiolati ana unc.iij.oppij gran.i.s. Bulliant insimul usque ad confumptionem medietatis olei, imponatur oleum (ut diximus) corte dormiet. Vbi autem hæc, quæ per exterius applicantur non contulerint in prouocatione somni, hortor, ut per interius applicentur ea, quæ somnum habent prouocare: dum tamen observetur generalis regula: quòd à somniferis non inducentibus stuporem, incipia mus. Et ideo compert um est, seques remedium utile es sex expertum.

Recip. Medullæ panis unc. s. Infundatur in uino co= cto, seu sapa, er sic madefacta post cibum, cum æger dor=

mire uoluerit exhibeatur.

Ad idem & est expertum, & familiare, si post cibum sebricitanti patienti instantiam uigiliaru exhibeatur sequens potus.

Recip.

Recip. Succi lactucæ, succi nenufaris, succi violarum, ana drach. ij. misce, & cum modico vini albi odoriferi exbibeatur ut dictum est. Si verò per hæc febricitans non dormierit, laudo, q, secundu maiorem vel minorem ne cestitatem stupefacientia ægrotanti exhibeantur, obseravabis primo præceptum principis in quarta primi dicen tis, & si necesse fuerit stuporem inducere non transcedas tale, quale est papaver album, quoniam cum suo stupore est domesticum.

Ideo expertum est, si patienti instantiam uigi liarum exhibeatur per horam post ecenam, sequens potus, om nino dormiet.

Recip. Syrupi de papauere, de nenufare, aquæ lactua cæ ana unc.ij.misce & patienti exhibeatur. Et scias quod bic potus cum hoc, quòd inducit somnum maxime confert

febri.

Ad idem, si hic potus non contulerit, consu lo, ut deueniamus ad opiata incipiendo semper à debilioribus, primo dabimus sequentem bolum post cibum in uesperi patienti instatiam uigiliarum.

Recip. De requie opiata scrup. ij. sacchari uiolati drach.ij misce pro una uice, quòd si istud non suffece=rit, cum eodem saccharo uiolato, uel nenusarino adde scrup.ij.attanasiæ. Quòd si fuerit oportunum ascende=re, adde saccharo nenusarino scrup. ij. philonij romani, er adhuc si fuerit tui intentio magis somnum prouoca=re, cum eodem saccharo adde triseræ magnæ drach.s.
Quòd si cum prædictis æger non dormiat, pronuntiabis

periculum de morte suis astantibus. Et hæc de instantius de uigiliarum. Quadoque uero ipsi febricitanti iungi-

prouenit à uaporibus eleuatis à materia faciente febre, qui attingetes pelliculas cerebri, ultra boc, quod causant malam complexionem, extendendo causant malam compositionem in cerebro, en inde dolorem inferunt en plearunque easidem pelliculas pungendo, dolorem pugitiuum capitis conducunt. Ideo succurrendum est illi dolori.

Primo cum omni genere diversionis à capite. Laudo igitur, ut siant primo lotiones, quibus uapores illi ascendentes, ad inferiora trahentur, quæ lotiones sieri debent ante cibum mane, uesperi, quia tunc non permiscebun tur illi uapores fumis cibi, ut reddantur ad divertendum dissiciliores.

Lotio talis est sequens.

Recip. Florum camomillæ:rosarum rubearum, slorum sti cados arabici, betonicæ, calamenti ana M. i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ currentis usque ad consumptionem medietatis, cum qua siat lotio cruribus, à genu infra, à à cubito infra. Et attende, quòd in tali lotione apponuntur calida, of si ægritudo sucrit calida: quo=niam ipsius calidi proprium est attrabere. Secundo cum aqua illa, qua diluuntur pedes of manus, sit caliditatis alicuius pungentis, of mordicantis, à duplici caliditate setuali aquæ, et potestatiua,

Secundum remedium est, mane er uesperi frictiones fieri à superioribus spatulis incipiendo usque ad pedes.

Tertium remedium est, appositio cucurbitularum sie ne scarificatione, incipiendo à spatulis ad nates, ad coe xas, & ad pulpas crurium. Quòd si expediret scarificatio, tunc incipe ab inferioribus, & procede ad superiora:

rig

at

le a

ri.

难

湖

龖

ndi ntin

254

問

0716

mos do

idi.

lide.

Huali

ones

des.

d coe crific

ipes

072

riora; neque turberis st Galenus dicat in libro de cucurbe tula, quod cucurbitulæ non debent apponi nist in corpore re prius mundato: hoc intelligitur, st tui intentio suerit euacuare tantum per cucurbitulas. Si uerò suerit tui intentio, trahere de membro ad membrum, cucurbitulæ apponi possunt sine ulla euacuatione præcedente, laudo quoque quò dubi prædicta non contulerint, quò d tempo ribus applicetur oxyrhodinum cosectum ex oleo rosato, aqua rosata, ex aceto, quoniam intentio tui est repercue tere sluentes humores ad caput. Ideo maiorem aceti quantitatem addere debes. Scias tamen quò d Elegans remedium in dolore capitis per communitatem à mateæ ria febris est tale, uidelicet. Clysterium factum ex rebus diuertentibus à capite, ut

Recip. Foliorum malue, uiolarum, florum sticados arabici, betonice, furfuris großi ligati in petia ana M.i. bulliant in sufficienti quantitate aque usque ad consum= ptionem medictatis, deinde coletur, or de colatura

Recip.unc.x.olei uiolati unc.iij.hieræ simplicis drach.
yi.mellis rosati unc.ij.salis communis drach. ij. uitelli oui
numero.i.misce, & siat clysterium, consulo quoque tana
quàm expertum, & probatum in dolore capitis, prout
est accidens febris, quòd bis in die, mane & uesperi, inun
gantur tempora, et frons tota cum ungueto alabastrino,
Cuius descriptionem habetis in Empirica nostra de curaa
tione morborum à capite usque ad pedes, in capite de doa
lore capitis. Vbi uerò hæc dicta non contulerint, consulo
tanquàm remedium expertum, quòd aperiantur uenæ
emorrhoidales cum phlebotomo, uel hyrudinibus, per eas
enim uenas emorrhoidales apertas ne dum euacuatur ma
teria febris, uerum & uapores unà simul euacuabuntur,
ualentes

ualentes attingere caput, & istud remedium in febribus quantucunque intensiuis prohibet futuram phrenitidem, quæ præ dolore capitis, & intensione febris frequenter solet contingere. Et ideo cum his, & cum dicendis succuraremus alteri accidenti in febribus, maxime acutis, quod est delirium, uel paraphrenitis, cuius medicatio uel prohibitio suturæ phrenitidis, consistit in omnibus auxilijs conuenientibus dolori capitis, & cum dicendis infra.

Et ideo attende quod curatio paraphrenitidis, quæ est à solis uaporibus mineræ febris ledentibus cerebrum, de= bet esse solicitare, ne uapores in materia uertantur, et fiat uera phrenitis, quoniam tunc eius curatio apud medicum erit uana, solicitet igitur medicus in delirio, o phreniti= de, diversiones, quas numeravimus ad succurrendum dolo= ri capitis cum lotionibus, cum ligaturis, cum appositione uentosarum, cum scarificatione, et sine, cum missione san= quinis divertendo à capite. Quod st prædicta non conferant in paraphrenitide ex febre, remedium est, apponere sanguisucas post aures, quoniam est diversio, er evacua= tio paratæ materiæ conducere ex paraphrenitide phreni tidem ipsam. Postea uerò præsentaneum remedium est, ad prohibendam futuram phrenetidem, aperire uenas na= rium, uel cum phlebotomo, uel setis porcinis bene pungen tibus. Caue tamen ab hyrudinibus uenis narium applicitis Hortor quippe quod ubi in febre timor fuerit de futura phrenitide, medicus solicitet diuersiones cum clysterijs, quoniam ultra boc, quod clysteria divertant materiam à capite, euacuant materias- communes existentes in uijs latis, quibus fouetur minera putredinis febrilis, inter que clysterium sequens est maximi iuuamenti.

112

Recip. Mercurialis, florum camomillæ, betonicæ, sticaados arabici, maluæ, uiolariæ, furfuris großi ligati in petia ana M.i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis, deinde coletur, or de colatura

Recip.unc.x.olei rutæ unc.iij.hieræ simplicis.Et si uoa lueris fortisicare magis clysterium.hieræ logodionis.Et si adhuc magis fortisicare uolueris hieræ Russini drach.vi. mellis rosati unc.ij.salis communis drach.ij.uitelli oui nua mero.i.misce,& siat clystere ieiuno stomacho. Et hæc de phrenitide,& de paraphrenitide ex febre dicta sint,cume de his latius diximus in de medicatione Empirica.

Vbi uerò cum febre iungeretur somnus profundus, qui secundum plurimum causatur in febribus à uaporibus ma teriæ febris eleuatis ad cerebrum, qui sui caliditate cerebri humiditates pituitosas eliquant, quæ eliquatæ confluunt ad uentriculos cerebri, es eos oppilat, et somnum inducunt, ideo ad probibendum huiusmodi accidens, ne in subethicam transeat dispositionem, hortor, ut primo siat sequens clysterium.

Recip. Agarici optimi drach. ij. pulpæ coloquintidæ drach.i.s.betonicæ, florum sticados arabici, camomillæ, calamenti, mercurialis, ana M.i. Agaricus, & coloquintia da ligentur in petia, ne eorum substantia hæreat intestianis: propter quod timendum esset de Diarea, uel dysentea ria. Et omnia simul bulliant in sufficienti quatitate aquæ usque ad consumptionem medietatis, deinde coletur, et de colatura

Recip. Vnc.x.olei rutæ unc.iij.hieræ logodionis drach. yi. sacchari rubei unc.i. s. mellis rosati unc. ij. uitelli oui numero.i.salis communis drach.ij.misce, et siat clysterium tost

post clysterium non negligat patiens omnia genera diuer stonum cum lotionibus uidelicet supra dictis, cum ligatue ris fortibus, cum appositione cucurbitularum, or cum ap positione hyrudinum emorrhoidibus, er non negligat etiam appositione oxyrhodini frontiset temporibus appo siti, non negligat quoque medicus remedium à me ex= pertum, or probatum in profunditate somni, et subetica dispositione, est assumere drach.ij. capillorum patien= tis, or ipsos uri, urentesque ipsos extinguere cum aceto fortisimo, o abrasa commissura coronali, predictica. pilli calidi applicetur, et sic permutetur de tribus horis in tribus horis, or apparebit remedium præstans, or subia tum in abolitione somni, non etiam medicus negligat continuam appositionem fortisimi aceti in naribus, & oculis, or temporum, et cum eodem aceto madefactio= nem, his enim fit repercusio uaporum eleuatorum à mis nera febris, quibus materia eliquabatur, er somnus conducebatur. Vbi uerò in febribus ariditas, en nigredo in lingua apparuerint admodum febrietem molestantes. Remedia sunt bæc sequentia.

Expertum est, quòd si lingua aspergatur, & bene frizetur cum saluia, uel maiorana infusa in oximelle simplizi, uel in melle rosato, uel in aqua hordei, & aceto, post modu ipsi lingua imponatur sequens mixtura, sublime remedium est, si post labendo supra linguam ipsa teneatur.

Recip. Aquæ hordei multæ decoctionis, ut melius sit abstersiua unc.ij.mellis despumati drach.ij. sacchari candi unc.i.s.misce, o unica forti ebullitione insimul bulliant, o usui seruetur. Item.

Ad idem, expertum est, si frequenter supra linguam patiens teneat de sequenti mixtura.

Recip.

Recip. mucillaginis semi.citonioru, mucillaginis semi. psilij, seminum maluæ ana unc.s. sacchari candi unc.i. mel lis rosati unc.s.sacchari albisimi quantum sufficit, et fiat loch molle. Vbi uerò cum febre iungeretur inquietudo inque tudo die noctuq; hortor, quod cum talis inquietudo proueniat à materia binc inde currente per totum corpus, or non relinquente agrum, neq; membra sui in eodem loco, co situ quiescere, quod omnino materia febris euacuetur, euacuatione quippe minorante materiam, ut natura reddatur potentior supra residuum materiæ cum medicinis fecuris, or fine molestia euacuantibus, derelinquentibufq= uestigium digestionis in residuo materiæ remanentis, cuiusmodi est electuarium rosarum Mesue, electuarium de succo rosarum nicolai, electuariu de Dactilis. Hæc enim electuaria cum hoc, quod euacuant minorando materiam facientem febrem, sunt secura sine nocumento. Et ideo dato quod essemus in primis diebus, ubi iungeretur bæc inquietudo die noctuque, confulo, ut sine timore minores tur materia sequenti pharmaco.

Recip. Floris casiæ nouiter tractæ drach. vi. electuarij de dactilis, uel electuarij de succo rosarum Mesuæ drach. ij.s. Quòd si cum his adderetur aliquid reubarbari in utraque materia, calida scilicet & frigida, non dănarem islum modum euacuandi cum reubarbaro, euacuado enim corpus, confortat membrum à quo euacuat, facta ista euacuatione quoniam admodum attendendum est huic inquietudini, hortor, ut uesperi antequâm cibu inglutiat, cum manu madefacta in aqua dulci tepida fricetur leui quadam frictione totum corpus à spatulis usque ad planz tam pedum, his frictionibus propter aquæ caliditatem actualem, es motum factum aperiuntur porositates corporis,

0

Tie

At.

TE

明. 社

mii.

赋,

ra

ap.

poris, materia præparatur ad perspirationem, or inquietudo tolletur. Item ad idem expertum est, or uos maxime observabitis remedium sequens in inquietudine totius corporis propter sebrem. Quòd primitus siant frictiones cum panno calido per totum corpus. Deinde leui quadă unctione frigida ide corpus totu ungatur sic.

Recip. Olei de seminibus cucurbitæ, olei de floribus sa=
licis, olei uiolati quantum sufficit, ubi uerò facta euacua=
tione, es his omnibus, inquietudo non quiesceret, hortor
uos, ut siant frictiones totius corporis cum appositione
cucurbitularum, incipiendo à pulpis coxarum cas scari=
ficando. Deinde ad coxas procedendo, super ascendendo
ad spatulas, siet enim bis euacuatio materiæ per cutim et
tractus ab intimis eiusdem materiæ ad exteriora. Et hæc
de accidetibus cotingentibus febribus putridis dicta sint.

DE FEBRE CHOLERICA PVRA A'
PVRITATE CHOLERAE. Cap.x.

febricitet à cholera pura ,non permixta alie cui alteri humori ,quoniam cum cholera pu= ra uchementis caliditatis, or siccitatis existat, cuius calie ditas aliena re non refrangitur accidentia ita leua ab it

ditas alienare non refrangitur, accidentia ita seua ab ip sa procedunt, ut æger sæuitate accidetium, et magnitudie ne morbi illico desiciat nichilominus posibili posito in esse se aliqua sebris sit à puritate choleræ. Remedium generale est, citisime or uehementer infrigidare, iuxta ilud principis in quarta primi, or est dictum Galeni in primo artis curatiuæ ad Glaucone dicetis: ad febre uehementis

mentis caumatis uehementer debemus infrigidare. Es quoniam qualibet euacuatio, quia cum nocitiuo euacuatialiquid iuuatiui Es simul spiritus ipsos. Ideo ex parte sui corpus ipsu infrigidat, ideo hortor uos. In principio huius febris quòd euacuetis, Es non phlebotomia, quoniam cum in ea febre peccet pura cholera, Es phlebotomia non euacuet puram choleram, Ideo phlebotomia in tali febre non conueniet, Es hoc est quod dixit princeps in Doctrina de phlebotomia, quòd tunc phlebotomia rapiet bonum, Es derelinquet malum, quo sit ut ex phlebotomia in tali casu citius ager moriatur, expertum igitur est, quod si à prinecipio euacuetur cholera pura cum sequenti medicina, est egro maxime utile, ut

Recip. Diaprunis non solutiui unc. i. Electuarij succi rosaru.drach.ij.s.misce, or cum saccharo fiat bolus, post cuius boli acceptionem in aurora in potu agrotanti dabis unc.iij.uel iiij.aquæ cucurbitæ,uel citruli, uel cucumeris, non mireris si bæc medicina sit eradicativa, quoniam ægritudo pendet à materia turgente, cognosces autem febrem esse à puritate cholera, primo ab habitudine cor= poris, quoniam ad tactum totum corpus apparet calidum caliditate mordente & acuta, sitis est clamosa, Dolor ca= pitis intensus, inquietudo, instantia uigiliarum, & citri= nitas apparens maxime in oculis. Quod si egestiones ci= trinæ igneæ fuerint, or urinæ similiter cum abundante subtilitate in modo substantie, Iudicium tuum efficietur certius quòd sit febris à puritate cholera, in qua febre cum intensiuis debes infrigidare corpus : facta prædicta euacuatione digerere debes materiam cum sequenti syrupo.Cuius uirtus est ingrossare choleram puram,quæ sub= tilis est, o eam infrigidare.

is!

Recip.syrupi de succo limonum, de succo granatorum ana. drach.yi. aquarum seminum comunium frigidorum, folatri ana unc. i.s Continuabis syrupum febrienti bis in die,in aurora scilicet & in meridie, & attende quod in tempore, quo materiam istam concoques, cibabis agrum lactucis, plantagine, spinachijs, cucurbita, citrulo, & cucumere; quonia & si sui frigiditate intensa inimicentur caloriso firitibus humanis,ingrosant tamen materiam illa turgente, et furiosam, quo fit, ut febris, & accidentia remittantur. Et Attende quod cu bæc materia sit uebementis acuminis, & secundum plurimum existat in locis propinquis cordi, uel citisime, idest ante septimam, ægris interficiet, uel beneficio primæ euacuationis, or alteratio nis facta, ager liberabitur, or ideo in his non expectabis figna concoctionis. Cum non det ægritudo inducias ad concoquendum, sed solum ad alterandum. Ideo non eris solicitus ad secunda euacuationem fiendam expectatis si= gnis digestionis præcedetibus. Et hæc est febris illa, quam causonem incesiuum, er mortiferum Medici appellant. Ideo in ea sermonem non prolongabimus, cum uel nun= quamsuel rarissime buius febris cura attingemus. or ideo de his febribus, que secundum plurimum in humanis core poribus sunt uagantes, dicemus in sequentibus.

## DE FEBRE CHOLERICA INTER-

ATENDENDVM EST, quod febris cholerica, ut ex primo artis curatiuæ ad Glau= conem habetur, duplex est, una continua, de qua iam meminimus, Altera uerò interpollata: quæ & st ab eadem

ab eadem materia ortum trabant: una tamen à cholera putrida facta ad intra uasa dependet . quam continuam proportionalem de cholera nominamus: cuius curatio= nem supra posuimus, er ponemus, cum loquemur de cu= ra Causonidis. Altera uerò à materia putrefacta ad extra uenas, originem trahit. Et hanc interpollatam, seu intercidentem uocamus. Cuius duo sunt modi. Vnus interpollatæ febris cholericæ puræ, cuius sermone iam habuimus. Alius uerò est interpollatæ febris cholerie cæ nothæ, idest spuriæ, quontam non pendet à puritate choleræ, sed à uitio alterius humoris cum cholera pere mixti,ueluti flegmatis, aut melacholiæ. Et huius duo sunt modi. Vnus qui fit ex mixtione flegmatis crasi, uel te= nuis, or aquost, or hic est modus febris cholerica interpollate nothe majoris fame, quoniam ut in pluribus sic accidit, ut choleræ permisceatur pituita. Alter uero modus est, cum choleræ admiscetur melancholia. Et dicitur febris cholerica interpollata notha minoris famæ, quonia ut in paucioribus euenit, quod febris sit de cholera admix tione melancholiæ, & bæc divisio etiam locum habet in continuis de cholera. Et nota quod propter uariam admix tionem aliorum humorum cum cholera, hæ febres à medi= co exquisitæ in malitia, er duratione paroxismorum non cognoscuntur. Est enim pituita, uel melancholia humor ineptus concoctioni. Curationem igitur tertianæ interpollatæ nothæ maioris famæ aggrediemur. Cum igitur febris huiusmodi conditionis erit. Cum fueris primo aca cersitus ad agrum, cognito quippe morbo annotabis pris mo, si adsit uentris lenitio. quod si non, sis contentus alte= ro duoru, uel exhibitionis floris casia recenter tracta.ut

Jurnan Notha Recip. Floris casia nouiter tracta drach.x. cum puluere liquiritia fiat bolus, er patienti exhibeatur per horam ante ecenam uel prandium quòd si patiens casia assumptionem abhorreat, fiat ei sequens clysterium, ut

Recip. Aquæ hordei, uel aquæ decoctionis maluæ, uio= lariæ, uel blitis unc. x. olei uiolati unc.iij. caßiæ tractæ unc.i.sacchari rubei unc.i.s. uitelli oui numero.i.salis com munis drach.ij.misce, of fiat clysterium. Deinde conside= ra urinam, & corporis habitudinem in ægrotis,ubi æger fuerit carnosus, o facies plena, cum rubedine, o urina rubea, illico ægrum phlebotomabis, ex basilica lateris dextri tantus sanguis extrabatur, quantum tollerat ro= bur uirtutis, & atas. His uero non apparentibus ex par= te habitudinis totius, et ex urina, mon facies phlebotomia, quoniam est timorosa,nisi ægrotanti iungeretur fortis dolor, or in forti dolore alijs non apparentibus signis phlebotomiæ, conuenit phlebotomia.ut in prima particu= la aphorismorum tetigit Galenus dicens, nullam medi= cinam esse meliorem in fortisimo dolore ipsa phleboto= mia, facta phlebotomia si expediet, uel non facta, si non apparebunt signa phlebotomiæ, cum ægritudo det nobis inducias propter humorem pituitosum permixtum cho= leræ hebetantem activitatem choleræ,laudo, ut medicus digerat materiam hanc febrem facientem. Consideret au= tem in bac digestione fienda medicus qualitatem mate= riæ peccantis, or modum substantiæ eius, or digerat per applicationem contrariorum, quia etenim materia hæc est calida propter dominantem choleram,ideo indiget fri= gido digerente. Et quoniam materia peccans est cum admixtione flegmatis uiscidi, et hærentis. Ideo indiget ab= Stersione. Et quoniam omnis febris materialis pendet ab oppilatione oppilatione, ideo et digerentia sint oppilationum aperien tia, magis tamen sint à principio alteratia, quam aperien tia, Et ideo expertum est, in digestione materiæ sequenz tem potionem multum yalere.

Recip. Hordei mundi, on non excorticati.p.i.scariolæ, borraginis ana M.s. Aceti drach.ij. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medie tatis, deinde coletur, or de colatura quolibet mane exhibe beatur unc. vi. ipsi patienti cum modico sacchari, or sic eam continuet in aurora, quousque appareant signa concoctionis materiæ. Vbi uerò patiens decoctiones ab horreret, detur ei ad digerendum causam facientem hanc febrem iuxta Auicenna in prima quarti, sequens syrupus.

Recip. Syrupi Acetosi simplicis, Endiuiæ, mellis rosati colati ana unc. s. aquæ sacchariunc. iij.misce pro una uice, in syrupo acetoso simplici inuenitur uirtus infrigidatiua ratione aceti, or sacchari, et uirtus incisiua, meritò aceti, etiam uirtus hepatis confortatiua, et alteratiua propter syrupum de endiuia, or uirtus abstersiua meritò mellis rosati, continuet syrupum istum tot uicibus in aurora, quotiens signa concoctionis apparuerint, deinde purgeatur materia peccans in hac febre, habendo respectus hos.

Primus est ad materiam peccantem, si fuerit cholerica uel pituitosa, uel ex his permixta, quoniam tunc debemus euacuare cum medicina respiciente humores peccantes.

SECVNDA est ad mineram generationis humorum, quæ est hepar, quoniam in euacuado generaliter debemus custodire naturalem uirtutem hepatis, dando medicinam hepatis confortatiuam.

Posibile est, in euacuando medicinam irritantem; & perturbana

perturbantem uirtutem uitalem, sicut est scammonea.

O VART VS est, respicere consuetudinem ægrotantis
in euacuando. Vbi enim æger non assuetus fuerit euacuae
tioni, benigniorem medicinam, est tenuiorem ei conferre
debemus. Si uerò assuetus fuerit euacuationibus, magis
erimus audentes ad fortiorem dandum medicinam, quoe
niam assueti assuetos ferunt labores.

da per secessum, exhibeatur medicina secessiua. Si uerò per

uomitum,uomitiua.

SEXTVS respectus est, ut in euacuando nunquim contribuamus medicinam uiolentantem uirtutem stoma= chi,sicut erunt elaterium,scammonea simplex, coloquin= tida, o buiusmodi. His igitur omnibus observatis re= spectibus in præsenti febre, eo quod peccat materia mix= ta ex cholera & flegmate, ideo in ea medicinam euacua= tiua flegmatis, et choleræ codonabimus, ut reubarbaruqđ euacuat choleră, deinde flegma.ut dicit Mesuæ, uel electus riu de succo rosaru, uel electuariu rosatu mesuæ cu pmix tione certæ quatitatis electuarij de dactilis, uel electuarij indij,si materia esset putrefacta in locis longinquis à cor de, uel electuarium de psilio, cuius uirtus est euacuatiua choleræ,et flegmatis,quæ omnes medicinæ cum hoc,quòd euacuant materiam propriam febris, confortant hez par, o quia sunt medicinæ securæ, in quibus confortatur scamonea, uirtus cordis confortatur etiam & roboratur, o quia in ipsis medicinis dictis quædam mitis caliditas inuenitur.Ideo erunt & ipsius uentriculi confortatiue, ipsumque roborantes. Post igitur primam materiæ dige= stionem in hac febre tertiana notha maioris famæ conue= niet sequens medicina apparentibus signis concoctionis. Recip.

Recip. Mannæ electæ unc.ij.pro diuitibus,pro paupe=
ribus, floris casiæ nouiter tractæ drach. vi. reubarbari
electi pro diuitibus drach.i. s. pro pauperibus uerò.reu=
pontici drach.ij.infundantur in aqua endiuiæ, & modico
uini albi odoriferi,reubarbarum uel reuponticum cum.x.
granis spicæ, demum siat fortis expresio, & omnia si=
mul cum decoctione communi slorum & sructuum, quan
tum sufficit, dissoluantur, & siat potus, qui exhibeatur
patienti more exhibitionis medicinarum per duas horas
ante lucem. Vbi uerò ægrotans prædicta sacta concoctio
ne, & euacuatione non præualuerit, more principis in
quarta primi, iteratò debes materiam concoquere, &
eandem euacuare. hortor igitur, ut secunda digestione
digeratur materia cum sequenti syrupo.

Recip. Syrupi acetosi de radicibus unc. i. de endiuia, mellis rosati colati ana unc.s. aquarum absinthij, multum ualet absinthij decoctio in his febribus post septimam, ut princeps in prima quarti, es eam laudat Galenus, tanquam stomachi confortatiuam, oppilationum ape ritiua: cicorea, buglossa ana unc. i.misce pro una uice, es recordari debes in omni tua administratione de buglossa propter cor, q in omnibus febribus admodum quaritur. Quoniam febris est passio cordis. Sequatur autem patiens prædictum syrupum quousque siat digestio in mate ria, qua remansit post primam euacuationem. Deinde

euacuetur hac medicina multum experta.

Recip. Diacatholiconis, est enim electuarium benedi= ctum, co lenitiuum, quod est conueniens basis omnium medicinarum solutiuarum unc. s. Mannæ electæ unc. i. reubarbari electiscrup.iiij.spicæ gra.vij.electuarij de da ctilis drach.ij.electuarij succi rosaru drach.s. Infundatur

x iij reubar barum

reubarbarum eo modo, quo diximus. Tomnia cum decoa ctione communi florum of fructuum dissoluantur, et fiat potus. Sed attende quòd ubi cum febre iungeretur aliqua ipsius toracis mala dispositio, tunc dissolue medicinam cum decoctione communi pectorali, Texhibeatur patienti modo dicto ubi uerò sub iudice adhuc lis esset, scilicet quod febris continuaret, tunc iterato materiam concoque, cum syrupo magis aperitiuo, of si minus alterativo, quia in statu universali febris maiori indigemus apertione et minori alteratione. Detur igitur infraticiptus syrupus.

Recip. Syrupi bisantini cum aceto, nist fuerit mala pectoris dispositio, tunc enim sine aceto exhibeatur sy=rupi de endiuia compositi, mellis rosati colati ana unc. s.aquarum capillorum ueneris, cicoreæ, Buglossæ ana unc.i.misce pro una uice.continuet autem patiens syru=pum, usque quo apparuerint signa concoctionis, deinde

purgetur cum sequenti medicina.

Recip. Diacatholiconis unc.i. Reubarbari electi drach.
i.s. spicæ gran. vij. Agarici optimi & electi, scrup. iiij. zin
ziberis, salis gemmæ, si non affuerit mala pectoris dispo
sitio, ana gran. iij. electuarij de dactilis drach. i. s. infunda=
tur reubarbarum ut dictum est, infundatur quoque aga=
ricus cum suis correctiuis in oximelle simplici quantum
sufficit per decem horas. Deinde siat fortis expressio
omnium, cum decoctione communi slorum & fructuu
quantum sufficit, siat potus, co patienti exhibeatur mo=
do dicto. Vbi uerò patiens suerit à medicinis fastidi=
tus. Consulo, ut loco medicinæ ei exhibeantur sequen=
tes pilulæ multum ualentes in declinatione febrium uni=
uersali.ut

Recip.

Recip. Pilularum aggregatiuarum scrup. iiij. fiant pilulæ cum syrupo uiolato numero vij. patienti exhibeantur apud diluculum, quibus pilulis, st expediet, in mi nori dost acceptis, poteris addere uel reubarbarum, uel agaricum, uel pilulas aureas, uel pilulas de Hyera Nicolai, eas patienti exhibere. Vbi uerò ex præhabitis æger non præualuerit, signum est, corpus febriens indigere maiori apertione, simul cum paulatina euacuatione. Ideo uersus declinationem uniuersale febris consulo, ut quolibet mane in diluculo patiens capiat unam de instal scriptis pilulis immediate potando sequens Apozima.

Pilulæ funt.

Recip. Agarici electi. Aloes loti, Reubarbari electi ana drach i.masticis, zinziberis, salis gemmæ ana grana v.spicæ gran. vij. puluerizentur puluerizanda subtiliter, co cum succo absenthij siat pasta pilularum, dosis est, nu mero i.scrup.unius.

A pozima uerò post ipsam pilula bibedu est. Recip.Radicum sœniculi petroselini ana drach.ij.cice rum rubeorum unc.i.capillorum ueneris drach. i s. Bul= liant in sufficienti quantitate aque usque ad consumptio nem medietatis. Deinde colentur, est de colatura.

Recip.unc.v. Syrupi acetosi diarhodon unc.i.misce, or detur modo dicto. Vbi uerò stante tanta morbi diutur nitate æger non relevaretur à febre bac tertiana notha, consulo, quòd duobus diebus continuis provocetur sibi uo mitus, per hoc enim significatur, quòd cum tot suerint factæ evacuationes per secessum, remansit materia in sto macho evacuanda per vomitum. primo igitur die à dea biliori vomitivo incipiendo per v. vel iiij. boras ad minus ante cibum celebretur vomitus sequens.

x iiij Recip.

Recip. Aquæ hordei calidæ unc.viij.syrupi acetosi sim plicis, uel oximellis simplicis unc.iij. misce, et detur patië ti, retineat uomitiuum in stomacho patiens per quartam partem unius horæ, Deinde cum penna intincta oleo pro uocet uomitum: sequenti uerò die eleuet uirtutem uomitiui sic.

Recip. Assaræ baccharæ cum radicibus unc.s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis, deinde coletur facta forti expressione, co de

colatura

Recip. unc.yi.oxymellis simplicis unc.ij.misce & de= tur patienti: stet autem patiens cum prædicto uomitiuo in stomacho per duas tertias boræ: deinde potet insculum pullæ tepidum ad quantitatem unius scutellæ, & cum penna oleo intincta prouocet uomitum. Quod si non euomat, aliam iusculi scutellam usque ad quartam Superbibat. Si enim materia illa uomitu non eijceretur, certe excerneretur per secessium. Et attendite. Quod in his febribus non laudo fortiora uomitiua, er Excellen tiora, quoniam multam ad uentriculum attraberent materiam, or forte materia febris moueretur ad iteratam indigestione. Et tuc in declinatione febrisuniuersali, mor bus reuocaretur ad principium. Vbi uerò cum prædictis æger non sanaretur. Laudo tanquam expertum,es be ne probatum, quod quolibet mane apud diluculum inun= gatur ei tota spina dorsi usque ad caudam cum sequenti unquento: er immediate post unctionem bibat sequens Apozima.

Vnguentum tale est.

Recip. Mucellaginis seminis citoniorum, mucillaginis seminis psillij, olei uiolati loti, Butyri recentis loti ana unc.i. unc. i. Cæræ albæ quantum sufficit, & siat unguentum molle pro spina dorst. Et attendite. Quòd istud un guentum mirabiliter ualet in febribus eorum, qui non possunt, uel non ualent medicinas assumere, ut euenit in pueris, & in senibus, & ferè semper bene me reperi.

Apozima tale eft.

Recip. Summitatum absinthij benè recentium drach.

ij.cicerum rubeorum unc.s.bulliant in sufficienti quantiz

tate aquæ usque ad consumptionem medietatis. Deinde
coletur, et de colatura detur patienti unc.iiij. immediate
post unctionem, o uidebitis mirabile iuuamentum: ubi
uerò cum prædictis non sanaretur æger. Remedium exz
pertum apud me est sequens, ante aduentum paroxismi
per y.horas nullo cibo præcedente, detur patienti infraz
scriptus potus, quo assumpto immediate ligetur sez
quens mixtura pulsibus manuum, er temporum, er
pedum.

Potus erit talis.

Recip. Vini granatorum, uel succi eorum unc. ij.

Mixtura hæc est.

Recip. Vnguenti populeonis unc. i. Telæ aranearum drach. ij. misce, & siant pilulæ ad quantitatem unius scrup. Et una cuilibet pulsui superligetur, easque patiens detineat, usque ad tempus, quo timor paroxismi iam præterierit, & certe sanabitur, & si non sanetur, mutetur patiens de terra in terram, & de aere in aerem, & præualebit, si deo placuerit.

## DE CAVSONIDE. Cap.x11.

ICITVR Causon à caumate seu incendio. Quare dicitur febris Causon , febris incensiua, hanc sententiam habemus ab Hippocrate, & Galeno in quarta particula aphorismorum, cuius febris Causonidis curatione, et si ex supra habitis facile haber i posit, nil minus pro eius curæ coplemeto præsente sermo ne faciemus. Debes igitur recordari de eo, quod diximus. Quod ubi agritudo secundum acumen extremos habue= rit labores, tenuißima oportet uti diæta:quod in Causo= nide usque ad quartam, confidendo quod uirtus posit perdurare usque ad statum, æger-permaneat sine cibo, uel quod æger sola aqua hordei utatur. Quòd si cogno ueris tu in tempore illo uirtutem ægri indigere cibo,da= bis ptisanam bordei colatam. Quod si bæc non suffece rit ad manutenedum uirtuti, dabis ptisanam non colata. Quòd si hac adhuc non suffecerit, eris excusatus eleuare cibum, non tamen extra latitudinem diætæ tenuis, quo= niam ludabile est, medicum aliquando aliquantisper uirtutem debilitare, co cum hoc ægritudinem propelles re, observata igitur hac tenui diæta, medicus applicet se curationi Causonidis, supposita uirtute forti, or distin= guendo tempora. Si enim fuerimus in principio, pen= sitet medicus supra uchementiam febris, & supra cor= poris habitudinem, o supra urinam. Quod si fuerit febris uebementissimi incendij cum habitudine corporis sanguinea, or urinæ rubor cum crasitie appareat, illico æger est phlebotomandus consentiente ætate & robore. Et incidatur media uena i.communis, uel Basilica, con non propter hoc debes terreri de dicto principis dicentis: Et caue

caue ne deducas ægrum ad calidorum humorum ebuli= tionem, quoniam signa extant missionis sanguinis. Vbi uerò hæc sanguinis signa non apparuerint, illico à prin= cipio æger euacuandus est, medicina hac soluente humo. res acutos, et calidos, irruentes sua turgentia de membro ad membrum.

#### Medicina hæc eft.

Recip. Carnium prunorum damascenorum numero decem, florum Borraginis, Buglossa, uiolarum ana M.s. Tamarindorum unc. s. Bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis, deinde cum co latura dissolue Casia fistula nouiter tracta unc. s. reubarbari electi secundum artem infusi, additis gran.x. spica, drach.i.s. diaprunis solutiui, uel electuarij succi ro. farum drach. ij. misce, cum decoctione communi florum er fructuum quantum sufficit, fiat potus, cr exhibeatur patienti apud diluculum. Facta bac euacuatione præ paretur residuum materiæ remanentis ad concoctionem, quia materia est multi incendis. Ideo indiget multa infrigidatione. Deturigitur patienti syrupus sequens bis in die, maior, citior fiet infrigidatio.

Recip. Syrupi de succo endiuix, de succo plantaginis, de succo portulacæ ana unc.s.aquarum Endiuiæ, planta= ginis, portulacæ ana unc.i.misce, apparetibus signis coco ctionis post assumptionem syruporum hortor, ut pro pter febris uehementiam, or incendium magnum, libere ægrotanti concedatis potum multæ aquæ frigidæ:iuxta dletum principis prima quarti, & Galeni in xij.methodi curatiuæ, observatis coditionibus sequentibus, ne error in

medicando contingat.

Prima est, quod æger non sit decrepitus, quoniam à multa frigiditate aquæ paucitas nativi caloris ipsius de=

crepiti necabitur.

Secunda, ut in membris corporis non sit apostema, quo miam præ frigiditate aquæ, materia apostematis magis compingeretur, & inde in Apostemate augmentum sieret.

Tertia, ne uirtus totius corporis dicatur esse debilis, quia à frigiditate aquæ, facile posset debilis calor

necari.

Quarta, ut dixit Galenus xij. methodi, quòd materia st digesta, er non cruda, à frigiditate etenim aquæ. bumores crudi ad maiorem mouerentur indige = stionem,

Quinta, quòd febris non sit de causa frigida, quia à frigiditate aquæ adaugeretur causa faciens febrem.

Sexta, ut no sit oppilatio manifesta in toto, à frigidi= tate enim compinguntur, et ingrossantur materiæ facië

tes augmentum oppilationum.

Septima, ut sit sitis uehementia, quoniam non comple=
bitur actus, nisi stante uehementia appetitus aqua frigi=
da. Modus dandi aquam talis sit, aqua actu ualde frigida
offeratur, ut incendium facile extingui posit, Demum ut
crescat appetitus agrotantis ad ipsam, sit hac medici
cautella, aliquando promittere sibi potum aqua frigi=
da, aliquando denegare, inquirendo ab agrotante, bibe=
res ne aquam frigidam si tibi concederem e quòd si pa=
tiens affirmet quòd sic, deneget ipsam medicus, e inde
ad modicum dicat, pur si concederem tibi aquam, sicut
esset mei intentio, biberes ne e quòd si ager promise=
rit bibere aqua, detur multa aqua ex frigidisimo puteo
extracta

extracta, o tantum de aqua patienti tribuatur, quantum uno haustu solo bibere poterit, hinc uerò ad quarta unius horæ partem, siti reuertente, iterum o secundum haustu aquæ medicus febrieti concedat, demum tertium haustu, o sic procedendo quousque patiens aqua frigida satu=ratus fuerit: post quod sequetur alterum duorum, aut quod ager incipiet sudare, tunc bene cooperiatur pan nis, sudet, liberabitur, uel mouebitur uehementi motu stomachus per uomitum, iuuetur patiens cum remedijs supra dictis, soliberabitur, uel fluxus uentris execitabitur, cum clysteribus patiens iuuetur, o sanabitur, et hac sunt experta in curatione causonidis, cu his que in prædictis capitibus dicta sunt.

### DE SINOCHA ET SINOCHO.

CRIBIT VR à Galeno in primo artis cua ratiuæ ad Glauconem. or in 9. methodi, or in secudo de differentijs febrium. Quòd sana guis in corpore nostro potest abundare sui multitudine, et quătitate absque quòd putresiat et ex sola sui quanti

et quătitate, absque quòd putresiat, et ex sola sui quanti tate, et multitudine prohiberet sui ipsius expirationem.

Quo sit ut prohibita euentatione ab eo, ad ipsium cor asce dant uapores mali calidi, et caliditatem præter naturale accedăt in corde, et ab eo ad alia mebra corporis pmeent et sebre procuret, que febre authores sinochă appellăt, quæ est de sanguine non putresacto, sed sola sui quantitate peccante: et hanc febrem solam putauit Galenus esse de sanguine, ubi uero sanguis in nostro corpore putresieret, adhuc

世祖 此 班

1/2

世二

adhuc seruata sanguinis natura, ex illius putredine sit fe= bris, quam sinochum appellant. scias tamen horum no= minum, scilicet sinocha & sinochus discrimen uti à poste ris, à Galeno tamen no curatur, et uno pro alio utitur, asse rens , sinochamuel sinochum utrug; cum febris sit contie nua dici dupliciter, scilicet cum putredine & sine putre= dine, ut uidere poteris secundo de differet is febriu cap. secundo, ubi eas, nomine sinochæ febris, appellat, in nono uero methodi cap. secundo, tertio, or quarto, nomine sinochi. Est igitur Sinochus febris de sanguine putrefacto seruata sanguinis natura, licet ad Galeni scopum in se= cundo de Crisibus Capite x 11. & x 1111. hoc assentire non debemus, quoniam ut ipse fatetur, or in nono metho. di curatiuæ, cum sanguis incipit putrefieri, non est am= plius sanguis, sed in naturam choleræ uertitur, propter quod secundum Galenum, non datur febris de putredine Sanguinis, quoniam cum sanguis incipit putrefieri, o febrem facit, eam quippe facit de genere choleræ uel atræ bilis, & sic curatio febris sinochi si est cum putredine, ad Galeni mentem explebitur per curationem febris chole= ricæ, de qua supra diximus, secundum autem Aui= cennam prima quarti, et fere omnes alios authores, febris de putredine sanguinis datur, ad mentem Galeni uerò utrum detur, uel non detur, non est præsentis negotij. Priz mo igitur curabimus nos sinocham febrem, or dicemus, quod cum sanguis sua multitudine peccet, æger à nobis primo regi debet diæta attenuante.ratio est, quoniam cic talis febris pendeat à multitudine nutrimenti, non à quae litate uitiati,sed sola quantitate. Ideo tale nutrimentum tolli, o attenuari debet, o istud fit Diæta tenuisima, igitur caueat patiens à cibis multiplicantibus sanguinem. Nors

Non dabitis Carnes, non oua, parcat patiens totaliter ui= no, quoniam hæc sunt, à quibus sanguineum procreatur nutrimentum: Contentetur igitur patiens tribus diebus ab initio morbi sola agua hordei, uel ptisana. Quòd A fuerit oportunum coacte dare plus de cibo, ei detur pana tella decoctionis herbæ semperuiuæ, uel plantaginis, uel portionum cucurbitæ,nel seminum eius.hoc ideo non quia Sanguis sit mala qualitate affectus, sed quoniam sui pro= hibita traspiratione calefit, er hæc sua frigiditate re= mittunt illam caliditatem, quam acquisiuit sanguis ex prohibita euentatione, er non sit audax medicus quispia am istis febribus uinum admittere.quoniam sui familia= ritate & occulta conuenientia, quam habet cu firitu & sanguine, plurimum sanguinis generatiuum est, observato igitur debito regimine in tenui diæta. Consulo quòd in bis febribus Stante uentris Ripticitate, uel alui Arictura cum sequenti clysterio leniatur uenter.

Recip. Pullæ paruæ numero.i. foliorum maluæ, uiola=
rum, semperuiuæ, uirgæ pastoris, solatri ana. M. i Bulli=
ant hæc in sufficienti quantitate aquæ usque ad consum=
ptionem tertiæ partis. Et Attende, quod hæc debent esse
eleuata in gradu frigiditatis, quoniam uapores, qui eleuan
tur à prohibita euentatione sanguinis, sunt admodum ca=
lidi, ideo indigent maiori infrigidatione, es de dicta co=
latura

ris

がこは

ø

Recip. Vnc.x.cui adde casia tracta unc.i.olei uiolati, uel de floribus cucurbita, si potes ipsu habere, unc.iij. sacz chari rubei unc.i.s salis communis drach.ij.uitelli oui nuz mero.i.misce, es siat clystere, facto clysterio lenitiuo, consulo, ut indubitato siat phlebotomia ex uena media, seu communi, cum ipsa euacuet à superioribus, es inferioz ribus

ribus corporis, o sanguis sua quantitate peccat in toto corpore, or non derelinguas hanc phlebotomiam confene tiente ætate, & robore, quoniam cum sui multitudine Sanguis peccet, phlebotomia est multitudinis euacuatiua. Ideo phlebotomia omnino est necessaria, sit autem huius= modi fere usque ad sincopim deductiua, quoniam multus sanguis peccans sola quantitate, alia non indiget euacua tione, quam ipsa phlebotomia, que phlebotomia cum sit buius febris potissima curatio, sit fere usque ad sincopim Stante robore, er atate. Et ideo dicit Galenus: quod cura= tio huius febris non est apud negligentem medicum, quo= niam propter sanguinis multitudinem, er prohibitam euetationem facile posset uerti in putredinem in effectu, & sic alius fieret morbus deterior, qui esset iuxta Gale= num febris continua de cholera, ubi cholera esset genita ex putredine sanguinis, facta phlebotomia, statuat me dicus pro certo, quòd materia peccans non est pharma= cia educenda, quoniam sanguis non educitur pharmacia. Statuat quoque medicus pro certo, quòd in hac febre non indiget digestione materiæ, quoniam sanguis non expe-Etat digestionem.Ideo si in hac febre medicina exhibeatur sit medicina euacuans à uijs latis tantum ut à stomacho, o ab intestinis, quoniam, o si non euacuatur materia peccans sua quantitate ad intra uenas, quæ est sanguis, euacuantur tamen materiæ illæ, quæ fouebant uapores eleuatos propter prohibitam expirationem, & euenta= tionem ipsius sanguinis oppilantis sui multitudine. Et ideo medicus non transcendat cassiam, mannam, tamarin= dos, uiolas, er huiusmodi, quoniam ipsis propter euacua. tionem materierum communium minuetur prohibita euentatio ipsius sanguinis, & ipse refrigerabitur facta phlebotomia phlebotomia demum in hac febre concedamus alterantia caliditatem febrilem, caliditatem quoque sanguinis ipst sanguini acquisitam, propter prohibitam transpirationem, quod si solam ipsam alterationem, digestionem apepellare uoluerimus, in hac febre conueniunt digestiua.

Syrupus conueniens erithic.

te

bo,

714

116,

1765

拉班

YOU

ita

Recip Syrupi de succo limonum, de succo granatorum ana drach. vi. aquarum acetofæ, rosatæ, plantaginis ana unc.i.Et attende. Quod in his alterantibus, nedum debet esse uirtus infrigidatiua, sed etiam stiptica, quæ reuellant, uel probibeant uapores, ne ad cor ascendat. Et expertum est, quod alteratio per syrupos nedu inuat in hac febre, uerum, o alteratio que fit in cibarijs in communi esu, ipsis iuuat ægrotis. Et ideo cum plantagine, cum sumach, cum acetofa, iufculum ægrotantium sunt paranda. Quod si his æger non curabitur, certe vertetur materia sangui= nea peccans sola multitudine in putrefactionem. Et quia dixit Galenus in Secundo de crisibus. Quod cum sanguis putrefit, statim in choleram uertitur. Ideo fiet febris tere tiana continua à cholera ex putrefactione sanguinis, cu= ius cură babuistis supra, cum loquuti fuimus de cura fe= brium cholericarum, secundum tamen sententiam prin= cipis,uertetur febris hæc in febrem pendentem à sangui= ne putrefacto, adbuc stante in forma sanguinis, qui san= guis sic putrefactus, secundum sententiam Galeni in se= cundo de crisibus, potest aliquando putrefieri putredine irrecuperabili, aliquando recuperabili. Quòd si fuerit multa putredo, secundum Auicennam, quæ reduci non posit, proculdubio æger morietur hac febre sanguinis.

Si uerò putredo sanguinis non fuerit tanta, ut medicus possit eam reducere, tunc febris erit curabilis: curetur frimo per phlebotomiam, ut diximus, secundo per digea stionem in materia, non per digestionem sanguinis, sed per digestionem illius humoris fouentis sanguinis putree dinem, qui humor maxime cholericus est, et idem euacue tur, quoniam his digestiuis, es euacuatiuis cholera, reline quetur sanguis sua natura, per quam non impediente ale terò, reuertetur ad sui naturam putrido abolito, ob quam rem cum digestiuis cholera, es euacuatiuis in hac febre procedes eo modo, quo diximus in cura febrium cholerie carum.

# DE FEBRE Q VOTIDIANA.

CRIBITVR à Galeno primo artis cura= tiux ad glauconem de febre quotidiana, quam ipse amphimerinam nuncupauit, quod febris quotidiana omni die corpus affligit, pendens à materia pituitosa putrefacta ad extra uenas. Quod si talis mate= ria putrescens fuerit in locis longinquis cordi, tepidior erit febris illa, o manifestam quietem ostendet. Si uerò fuerit putrescens hæc materia pituitosa in locis ualde propinquis cordi, febris ualidior erit sine quiete media, cum unus paroxismus intret alium, quo fit,ut potius di= camus quotidianam continuam, quia continue affligit corpus, quamquam non sit à materia putrefacte ad intra uenas. Et ideo fuerunt aliqui credentes, continuitatem fez bris quotidianæ esse propter ingressum paroxismorum ex loco putredinis ualde propinquo cordi,et non tantum ex materia putrefacta ad intra uenas, licet uerius sit, quo. tidianam continuam fore tantum à materia intra uenas putrefacta. putrefacta. Quam febrem interpollatam quotidianam cognoscemus primo ex pulsu, propter enim dominantem materiam frigidam hebetantem motum prouenientem à uirtute pulsatili, pulsus à principio tardior, & rarior erit, quam in febre cholerica, et dixi in principio, quonia in augmento, fatu, propter adauctam putredinem ace quiritur materiæ maior caliditas, ubi augetur necessitas euentationis, pulsus inspissatur, uelocitatur. Ideo si febrientis sic pulsus erit talis à principio, in augmento uerò, fatu, in illis dispositionibus adauctus, spissior, et uelocior erit.

Ab urina significatur febris quotidiana, quoniam ipsa est alba in principio, in ca nullum signum concoctionis apparens.quia enim materia est frigida, o frigiditas est causa albedinis, ideo est, quod in principio urina alba, uel subalba existit, in augmento uerò uersus statum propter adauctam caliditatem ex putredine urina fit ruffa, uel subruffa, ob quam rem si ex parte urinæ apparuerit in fe bre à principio alba, demum uerò subruffa, quotidianam febrem iudicabimus, ex parte quoque hora euentus pae roxismorum iudicabimus febrem quotidianam, cum post meridiem paroxisinus agrum inuaserit, quoniam incipit motus humorum frigidorum in uesperi. Cum igitur pro= uentus paroxismorum in febre bunc ordinem tenuerit,sci licet quod ægrum paroxismi inuaserint post meridiem, iudicabis febrem ipsam quotidianam fore, ex parte quo= que accidentium eandem febrem dignoscere poteris,quo= niam non adest sitis ualida, non inquietudo multa, non do. lor capitis intensus, non paraphrenitis, hæc enim sequun= tur caliditatis potius incendium, quod in bac febre non inuenitur, propter frigidam esse materiam, er huius fee bris

Mit:

100

14

12

101

ierò

此

die,

die

ligit

ntr4

n fee

titt

ifta.

bris quotidiana, cum causa dicatur esse pituita ipsa, & pituita generetur,ut dixit princeps in prima primi in de generatione humorum, aliquando propter diminutam concoctionem factam in sanguine, cum flegma sit sanguis diminute concoctus, ideo attendendum est, quod si febris fuerit à flegmate dulci, quod est sanguis diminute conco= Aus, putrefacto tamen, aderunt non nulla signa attestana tia naturam sanguinis. Si uerò fuerit quotidiana à flegma te uitreo, uel acetofo, que supremum gradum in latitudi= ne flegmatum obtinent, ut frigus, or rigor, or alia acci= dentia frigidum humorem attestantia, erunt intensiora. Quòd si à flegmate salso hac agritudo prouenerit, certe sapit naturam febris tertianæ. Et eius curatio à cura fe= bris tertianæ non multum elongabitur. Vbi scire debes, quòd plerunque in febre quotidiana accidit, ut una pars flegmatis remaneat in intimis corporis, altera uerò in ex= terioribus, que pars in exterioribus corporis existens, cum non dum putrefacta sit, detinet in se frigiditatem il= lam, que flegmati conuenit, propter quod exteriora cor= poris admodum frigent. Que autempars in intimis corporis permasit, cum ipsa facile putresiat, in interioribus corporis nimia apparebit caliditas. Quo fit, ut si febris quædam phlegmatica tibi occurrat, qua corporis exterio ra frigeant, interiora uerò caleant, hanc febrem epialam nuncupabis, ab epi quod est supra, or algor frigus, quasi frigus supra sit in exterioribus partibus corporis. Si uerò contra acciderit, scilicet quòd in febre phlegmatica, interius membra frigeant, exterius uerò caleant, signifi= cabitur quod peccat phlegma crassum, or uitreum in par tibus interioribus corporis, in exterioribus uerò peccat phlegma salsum, de facili calefaciens exteriora corporis membra. membra. Et hanc febrem ubi interiora frigent, et ext erio.
ra calent, lipiriam appellamus. Harum igitur febrium
pendentium à phlegmate putrefacto, curam sichabeto.

Cum curatio universalis ex canonibus medicinæ, quia euacuat multitudinem humorum, præcedere debeat particularem euacuationem eligentem humorem proprium, or determinatum, ideo hortor medicum bene perpendere si in febre quotidiana, si etiam continua foret, sanguinis misio expediat, consideret igitur si pituitosa materia pec cet sine sanguinis permixtione.quod cognoscimus ex uri= na alba, cui nihil rubedinis permixtum fuerit, er ex remisione incendij, or aliorum accidentium febris, or sic misio sanguinis omnino prohibenda est, quoniam ex tali fanguinis missione humores frigidi magis incrudabuntur, et ægritudo prolongabitur. Item quoniam sanguinis missio bonum rapiet, malum derelinquet, rapiet enim san guinem thefaurum uita, or derelinquet pituitam, que ex maiori sui copia o abundantia natiuam infrigidabit ca liditatem, neque turberis de dicto Galeni in undecimo m thodi cap.quartodecimo. Quod in omni febre putridae continua conueniat phlebotomia, quoniam istud uerum habet, cum materia fuerit sanguini permixta, uel aliter dicere possumus. Quod Galenus in loco dicto folam indicationem assumpsit à putredine, que cum semper addat caliditatem materiæ propter prohibitam euentationem, meritò eius phlebotomia conueniet, cum sit infrigidatiua, quia tamen indicatio assumpta à materia plerunque ma= ior est indicatione assumpta à putredine. ideo tunc missio fanguinis non est adhibenda, si igitur non erunt indicia indicantia de mixtione sanguinis cum pituita, non eris audax supra phlebotomiam siendam, propter dictu prin= iij cipis

115

Ye

) E

bris

rio

Ma

tica,

par"

ccat

brd.

cipis in doctrina de phlebotomia: caue ne ægrum ad alterum duorum perducas, aut calidorum ebullitionem, uel ad frigidorum incrudationem. Quòd si apparuerint indicia permixtionis sanguinis cum pituita, tunc ægrum phlebotomabis, sit autem parca, or non copiosa phlebotomia illa, secundum quòd humores frigidi permiscentur sanguini, qui non egent euacuatione per sanguinis missione.

Facta igitur, uel non facta sanguinis misio in quotia diana febre, debes præparari ad materia peccantem cora rigendam. Vbi enim materia pituitosa adhuc in principio febris existens,esset crassa,es multa, propter cuius crassitudinem timeremus, ne uirtus posset perdurare usque ad tempus completæ maturationis dictæ materiæ craffe, & multæ,tunc non expectata maturatione, materiam pituitosam euacuabimus euacuatione minorante eius quan= titatem, or uirtus tunc reddetur potentior supra rest= duum materiæ remanentis ad concoquendum, uel ad fa= cilitandum eius expulsionem, ut docuit Galenus in com= mento illius aphorismi. Cum morbi inchoant etc. & hanc sententiam uoluit princeps in quarta primi, capite tertio, cum dixit. Et ubi non fuerimus securi, quòd uirtus posit durare usque ad tempus completæ maturationis. er per hæc uerba innuit princeps. Quod si ma= teria in febre quotidiana fuerit crassa, er multa, non erimus excusati ab euacuatione fienda in principio mino rante partem materia, & ideo oportet medicum scire crasitiem, & subtilitatem materia. Quod si materia crassa fuerit, eam debes subtiliare antequam euacues. Si uerò crassa fuerit, o multa, ut innuit in principio tex= tus, tunc ante maturationem debes euacuare, si non, con= tra, o per hoc habemus mentem principis fuisse, quod in alio in alio casu, quam in furiosa materia, ante maturationem debemus euacuare. Quod si materia ipsa fuerit furiosa eius euacuatio à principio sit electiua uel eradicatiua. Vbi uerò materia non fuerit furiosa, & à principio in= digeat enacuatione, sit eins enacuatio minoratina. Et at= tende quòd euacuatio dicetur eradicatiua, uel medicina, non quia unà vice habet totam materiam eradicare, or àmembro euellere, sed quoniam est eius natura totamile lam materiam à membro euellere, o in boc uerificamus sententiam illius aphorismi hippocratis primæ particu= læ.cum dixit, Concocta medicari, et no mouere cruda.etc. Quoniam cum materia fuerit turgens, eam cum medica= mento purgante, soluenteque eradicative euacuare debe= mus. Et ideo dixit hyppocrates, medicari oportere dige= stager non mouere cruda, neque his duabus partibus sci= licet concocta medicari, er non mouere cruda. Idem in= tellexit hyppocrates, neque idem replicat, sed censuit, se= cundam fore ratione uerificantem primam, ut dicere uelit, oportet medicari concocta, quia non oportet mouere cruda,nist materia fuerit turges. Quod si fuerit turgens, eam eradicatiue euacuare conuenit, & à principio mor= bi.Et adde tu.Et ubi materia non turgeat, or egeat euacuatione, cum sit plerunque ad intra uenas, à quibus non euacuant clysteria, minorabis materiam, euacuando par= tem illius,iuxta præceptum Galeni in commento illius aphorismi. Quum morbi inchoant. Et hæc est uera hyppocratis mens, or si ornate loquentes aliter dicant à ueritate cadentes. Vbi uero in febre quotidiana à principio apparuerint indicia multa, er crassa materia, confulo, quod statim non expectata maturatione cum fe= quenti bolo fiat materiæ minoratio.

ire

Si

y iiij Recip.

Cum facta minoratione in materia urtus reddita sit potentior supra residuum materia remanentis ad euacuandum, uel concoquendu, er materia reddatur habilior

ad concoquendum.

Laudo, ut præparet se medicus in sebre quotidiana ad digestione materiæ pituitosæ, observato præcepto supra dicto. quia enim materia pituitosa crassa est. ideo indiget subtiliatione, quia viscida, or hærens indiget incisione, or abstersione. Et quia hepar sebre vitiatum est, propter ipsum esse mineram generationis humorum, ideo indiget confortatione

confortatione, remissione caloris febrilis cum his, qua ultra hoc, quòd confortent hepar, tollant etiam oppilationem ipsius, qua proprie est mater febris quotidiana. Consulo igitur, ut à principio detur sequens syrupus.

Recip. Syrupi acetosi simplicis, conuenit enim in utraz que materia calida, o frigida, o est incisiuus, syrupi de endiuia compositi, confortat enim hepar, o tollit eius oppilationem, mellis rosati colati, bene abstergit pituito sam materiam hæretem, o confortat uentriculum, qui est lacuna slegmatum ana unc.s. aquarum Betonica, ultra enim boc, quòd confortat caput, obstat materia pituito sa, fæniculi, buglossa ana unc.i.misce pro una uice, continuatis syrupis istis quousque signa concocta pituita apa parebunt, detur infrascripta medicina.

Recip. Quatuor florum cordialium ana drach.ij.po=
lipodij quercini, seminum cartami, ana drach.ij. seminum
foeniculi, seminum Dauci ana drach.i. s. iuiubarum, sebe=
sten, ana numero decem, passularum enucleatarum, liqui=
ritiæ mundæ ana unc. s. bulliant omnia in sufficienti quan
titate aquæ usque ad consumptionem medietatis, deinde
coletur, o cum colatura dissolue Cassiæ nouiter tractæ
unc. i.uel diacatholiconis drach. yi. Reubarbari optimi et
electi, quoniam etiam euacuat slegma, præsertim cum
exhibetur in substantia patienti drach.i. s. spicæ gra. vij.
electuarij indij drach.ij. s, o siat potus, qui patienti exhi
beatur per duas horas ante lucem, more exhibitionis
medicinarum.

Vbi uerò in diebus, quibus concoctio celebratur, patiens haberet aluum strictam, consulo, ut quotidie, uel ad minus alternis diebus siat ei clysterium, in quo sit uirtus incisius incissua flegmatis, & eductiua materiæ pituitosæ exiz Stentis in intestinis, a, qua in uenis fouetur materia fa= ciens febrem.

Clysterium erit sequens.

Recip. Violariæ, foliorum maluæ ana M. s. mercu= rialis, Betonicæ, Aniforum ana M. i.furfuris craßi ligati in petia M.ij.bulliant in fuff.quant.aquæ ufque ad cofum

ptionem medietatis, or de colatura

Recip. unc.x.benedictæ drach.vi.Hyeræ simplicis Ga leni unc.s. mellis rosati unc. i. s. olei communis unc. iij. salis communis drach.ij.sacchari rubei unc.i.s. uitelli oui numero i.misce, of siat clysterium, quoniam autem in ægritudinibus pendentibus à materia pituitosa; quæ sez cundum plurimum diuturnam causat ægritudinem. Ideo consulo, ut ex præcepto principis in prima quarti. Quòd medicus paulatine cocoquat, et paulatine euacuet. Ideo post primam in febre quotidiana digestionem.

Laudo, medicum aggredi secundam concoctionem cum syrupis magis respicientibus materiam pituitosam fortius incidentibus, or abstergentibus, or oppilationem

remouentibus.

Detur igitur pro secunda digestione sequens

fyrupus.

Recip. Syrupi acetosi de radicibus unc. i. de endiuia compositi, mellis rosati colati ana unc.s.aquarum absin= thij, fœniculi.appij, uel hysopi ana unc.i.apparentibus signis digestionis in processu, purgetur materia sequenti purgatorio, cum prædicta decoctione dissolue turbith boni, co gummosi subtiliter puluerizati drach.ij.agarici electi infusi secundum artem drach i.s. Reubarbari electi scrup.ij.zinziberis, salis gemmæ, spicæ ana gran. iij

of fiat potus puluerizatis puluerizandis, qui patienti exhibeatur hora dicta.

Vbi uerò paroxismi continuarent motum & ordinem suum, tunc cognoscemus residuum materiæ remansisse, quod euacuatione indiget, & digestione.

Digeratur igitur materia cum sequenti Sy-

rupo.

Recip. Oxymellis diuretici, syrupi de quinque radicia bus, syrupi de endiuia compositi ana unc s. aquarum abasinthij, somiculi, betonica, ana unc.i.misce, deinde appaarentibus signis concoctionis, purgetur materia cum sequentibus pilulis.

Recip. Pilularum de Hyera Nicolai, pilularum indarum p.aggregatiuarum ana scrup i.turbit subtiliter pul uerizati scrup.s.misce, & cum syrupo uiolato siant pilu

læ numero y.

Vbi uerò adhuc paroxysmi prosequerentur, significa tur mihi. Quòd oppilatio est uehemens, & membrorum facultates satis imbecilles. ideo laudatum & expertum est in aperiendo oppilationes, & in confortando uirtutes membrorum, maxime naturalium, quòd exhibitio quotidiana sequentium Trochiscorum est admodum utilis, ut

Recip. Trochifcorum de absinthio, Trochifcorum de Eupatorio ana drach. ij. Trochifcorum de reubarbaro drach.i.puluerizentur subtilissimė, er cum syrupo bisan tino siant pilulæ numero xxx. Dosis est numero iij. apud diluculum, supra quas immediate patiens bibat apozima

sequens.

nti

Recip. Iusculi cicerum rubeorum unc.vi.radicum fœ niculi,petroselini,asparagi ana drach.ij. bulliant insimul usque usque ad consumptionem tertiæ partis Iuris. Deinde coletur & modo dicto exhibeatur. Ex his enim piluzlis cum suo apozimate, sensibilis siet apertio, & insensizionem sei insensibilis euacuatio: Et sic continuet patiens per decem dies continuos huiusmodi dictos Trochiscos. Quòd si ada huc uestigia febris remanserint in ægrotante, sicut huius febris consuctudo est, laudo, ægrum post complementum dictarum euacuationum mane in diluculo ingredi balneŭ aque dulcis calidæ. Præparabitur enim materia ad perspirationem per porros cutis, in quo balneo moram trahat per tempus medietatis horæ. Demum exeat balneum, & eius corpus pannis calidis optime abstergatur, deinde immediate capiat infrascriptum bolum.

Recip. Theriacæ antiquæ, uel mithridati optimi drach.
i.facchari rofati drach.i.s.mifce, post que bolu bibat hau
stum iuris cicerum rubeorum, et ingrediatur lectum bene
pannis coopertus, dormiat, of sudabit. Et febris in spa=

tio trium dierum euanescet.

### DE FEBRE EPIALA, Cap.xv.

A TTENDENDVM EST, quòd cum pendeat hæc febris maxime à flegmate uitreo. Quod flegma frigidius est cæteris.

Ideo in eius cura debemus uti magis calefacientibus. Verum est, quòd oportet observare communem canonem medicinæ. Quòd à debilioribus semper inchoandu sit,

ut uirtus affuescat.

Ideo facta una trium digestionum ex præcedentibus dictis in hoc capitulo, cum sua purgatione, consulo, ut in digerendo slegma uitreum iterato perueniamus ad syru= pum pum de calamento.

Recip. Syrupi de calamento unc.ij. Aquæ decoctionis cicerum rubeorum unc.iiij.misce, & patienti dato in Au rora. Continuet autem patiens prædictam potionem per decem dies, quoniam slegma uitreum indiget longio-ri tempore suæ concoctionis: & ideo post euacuetur tale slegma cum hyeris magnis, ut cum hyera Russini, & hyera logodionis, & hyera composita Nicolai sic.

Recip. Diacatholiconis unc. s. hyeræ logodionis, uel ruffini, uel nicolai drach.ij.ad confolandum uerò hyearas adde Reubarbari electi subtiliter puluerizati drach. i.spicæ gran.vij.& siat potus cum aqua decoctionis cice rum rubeorum,& quoniam in hac sebre stomachus e st maxime fastiditus propter slegma uitreum in eo maxime collectum.

Ideo consulo, quod post cibationem ægrotantis ei doanentur drach. ij. Diacalamenti, uel diatreum pipercon. Sunt enim medicinæ nedum confortantes uentriculum, uerum aquantes materiam peccantem. Et quoeniam quæcunque conferunt in febre quotidiana in proecessiu uniuersali, ut diximus, ea conferunt in bac febre Epiala.

Ideo si expediet ad illam decurres curationem.

## DE FEBRE LIPIRIA, Cap.xvi.



VM PENDEAT ipsa febris à flegma= te permixto choleræ, iunge intentiones Curatiuas quotidianæ intentionibus curatie

uis Tertiana, ut supra diximus. Et curabis lipiriam. Quare.etc.

DE FE

#### EMPIRICA BENEDICTI 1350

# FEBRE QVARTANA,



VEMADMODVM colligitur ex Galeno in secundo de differentijs febrium.

Febris Quartana est febris procedens à Melancholia extra uenas putrefacta, affligens ægrum de quarto in quartum, pro quo attende, quòd melancholia ipsa aliquando potest putrefieri ad intra uenas, er tunc faciet continuam quartanam, or quia hoc rarisime con tingit, ut dixit Auicenna in prima quarti, capite de

quartana.

Ideo diximus quartanam esse interpollatam febrem. Item attende.quod febris Quartana, quæ pendet à melancholia putrefacta ad extra uenas, habet motum sui periodi de quarto in quartum, non nist ex natura of for ma specifica humoris Melancholici. Et dicant quid uo lunt alij, or maxime Galenus in secundo de differentijs febrium. Et hac Melancholia inuenitur duplex. Quædam naturalis, quæ uere fex sanguinis est, quæ cu exijt naturam sui, putresit, generat quartanam de me lancholia ab adustione sanguinis. Altera uerò melan cholia est non naturalis, genita ex adustione aliorum bumorum,ut dixit Auicenna in prima quarti, in doctrina de generatione humorum. Quòd si naturam traxerit melancholicam ex adustione choleræ: dicetur quartana cholerica. Si uerò flegmatis, quartana flegmatica. Si melancholiæ, quartana melancholica. Et ideo attende. Quòd si cum quartanario periodo apparuerint signa sanguinis, er rubedo, er crasities urinæ, habitudo corpo ris sanguinea, regimen præcedens sanguinis multiplica=

tiuum

tiuum, iudicabis febrem quartanam esse pendentem a melancholia genita per adustionem sanguinis, ut dixit Galenus in secundo de disferentijs febrium, in undeci mo methodi. Quòd cum sanguis exit naturam suam, eius subtile uertitur in choleram, of spissum in melans choliam. Si uerò cum eodem periodo quartanario apse paruerint signa cholera, slegmatis, uel melancholia, cer te iudicabis hanc febrem quartanam sapere, quid chos lera, uel slegmatis, uel melancholia. Et secundum hoc uiam habebis ad curationem omnis speciei

quartanæ.

Et Attende, quod & si quartana febris sapiat natua ram sanguinis uel choleræ, tamen ægritudo frigida est, quoniam adustio ducit humorem ad incinerationem, or inde infrigidationem. Cuius febris quartanæ curatio in duobus stat ingenijs:in diæta uidelicet & in administra= tione medicinarum.In Diæta quippe observabis diætam febris quartanæ semper uergi ad calidum, & ad humiz dum, quæ diæta sit lata satis, & abundans, Arictior tae men, quam conueniat corpori tempore sux sanitatis. comparatione igitur ad diætam acutorum, minus subtilia mus diætam in quartana. Comparatione uerò ad obser= uatiam corporis sibi ipsi sani, diatam magis subtiliamus. ut ex prima particula aphorismorum habemus à Galeno o ab Auicenna in quarta primi, ubi dicit, quod in Croa nicis morbis subtiliamus comparatione ad sanum corpus. minus tamen quam in acutis subtiliamus. Conueniunt igitur in quartana, & stà principio fuerimus. Carnes laudabiles, or boni nutrimenti, or facilis concoctionis. ut est caro Gallinarum, pullorum gallinarum, caponum, perdicum, fasianorum. Hædi, Vituli Lactantis, or ouium, Auium

Auium in arboribus degentiuum. ptisana conuenit, oua · forbilia, o bibere uinum odoriferum. Cum enim ægritu= do diuturna sit, or medicus debet ægrum cibare in ordine ad statum, qui status cum ualde longinquus sit, ut pos= fit uirtus perdurare ufque ad ipfum , lautius ægrum ci= bare debemus. Lactuca, Borrago, bugloffa, fœniculum, pe= troselinum. omnia bæc bene conueniunt in febre quarta= na, quoniam cum humor terrestris sit uias admodum ob= struens, ideo ei conueniunt, que humectant, or uias apo riunt. Quantum uerò ad administrationem medicinarum scire debes, quod si apparuerint signa permixtionis san= guinis cum melancholia, non denegabimus sanguinis mis sionem, primo ex basilica sinistra, secundo uero post tres dies saluatella sinistra phlebotomatur, bæ enim san = guinis misiones humores adustos euacuant, prasertim cum multi fuerint in corpore, euacuantque principa= liter à receptaculo humoris melancholici, uidelicet à sple ne. Et attende quod bis peractis phlebotomijs uidi ex experientia, quod si post sex dies apponantur byru= dines emorrhoidibus ægru liberari à quartana. Quod st signa sanguinis non apparuerint, neque permixtionis sanguinis cum melancholia, blasfemanda est sanguinis misio:quonia peccantem humore magis infrigidabit, & ægritudinë prolongabit. Ideo ad medicinarum exhibitio= nem tunc temporis trăsire oportet, et quoniam hæc ægri tudo sui diuturnitate dat inducias, Ideo consulo, ut prius materia digeratur, nisi timueris tu, quòd à principio materia peccans adeò imulta sit, ut propter sui multitudinem in tantum aggrauetur natura, ut digerentia ad actum reduci non possint: quo fit, ut perdatur facultas digerentis, & morbus prolongetur. Quapropter tunc temporis temporis conuenit medicum recte operando minorare materiam peccantem, dabit igitur à principio medicus in

febre quartana minoratiuum sequens.

Recip. Diasene lenitiui.unc.i. Epithimi subtiliter puluerizati.drach.i.s. Vnde attende quod hæc medicina eua= cuando partem materiæ peccantis,in residuo eius relin= quit uestigium concoctionis, or ideo puto medicos illos male sensisse, qui in multitudine materiæ à principio nea gant medicinam minoratiuam, quoniam non cognoscunt medicinam minoratiuam adeo consolatam fore, ut post euacuatione partis materiæ residuum eius ualeat conco= quere, post uerò ipsius materiæ minorationem, uel ipsa minoratione non præcedente, digeratur à principio ma= teria sequenti syrupo.

Recip. Syrupi Acetosi de radicibus. unc. i. oximellis simplicis.unc.s. aquarum melissa, Cicorea, Buglossa ana unc.i.misce pro una uice. Eo uerò interim, quo mate= ria hæc digeritur, iuuetur natura ad euacuatione materie rum communium fouentium materias proprias, sicut cu

clysterio alternis diebus facto,ut

U

ead

t 45

Recip. Foliculorum senæ, polypodij quercini ana P.s. borraginis, lupulorum, foliorum maluæ, mercurialis ana M.i.bulliant in sufficienti quantitate aque usque ad consumptionem tertiæ partis, deinde coletur, er de colatura

Recip.unc.x.confectionis amech non solutiuæ unc.i. hyeræ simplicis Galeni unc.s.olei communis unc.iij salis drach.ij. uitelli oui numero i.saechari rubei unc.i.s.misce of fiat clysterium.

Vbi uerò patiens non obediret clysterijs, consulo, ut ante prandium per horam detur patienti alternis diebus *Sequens*  fequens potus. The sine sensiber terreno sinoques

Recip. Iuris decoctionis passularum unc. vi. diasenæ lenitiui, uel Amech non solutiui unc. s. misce, & patienti exhibeatur, apparentibus signis concoctionis, materiæ dico diminutæ concoctionis, cum in quartana non ita citò appareant signa concoctionis, euacuetur mae

teria sequenti pharmaco, ut

Recip. Florum quatuor cordialium ana M.s.corticum mirabolanorum indorum unc.s. foliculorum senæ, poly= podij quercini ana drach.i.s.bulliant in sufficienti quanti= tate aquæ usque ad consumptionem medietatis, deinde facta forti expressione coletur, & cum colatura disolue diasenæ lenitiui. Diacatholiconis ana drach.iij. amech solu tivi drach. ij. reubarbari electi drach.i. s. spicæ gran.vij. reubarbarum cum spica subtiliter puluerizetur, & cum modico uini albi odoriseri irroretur, s sic omnia dissol= ue, fiat potus, facta bac prima corporis mundisicatio= ne, quia morbus diuturnus est, ideo consulo per quinque dies continuos, ut patiens per duas horas ante cibum ma= ne capiat sequentem potum.

Recip. Succi borraginis depurati unc. iij. sacchari al= bissimi drach.ij.misce, or patienti detur tepidus, deinde iterato medicus sequatur ulteriorem materia concoctio= nem cum sequenti syrupo in uirtute magis eleuato ad

concoquendum materiam melancholicam.

Recip. Syrupi de epithimo, syrupi de thimo, de lupulis de endiuia ana unc.s. Aquarum lupulorum, borraginis, cizcoreæ ana unc.i.misce pro una uice, continuet autem partiens syrupum istum, usque quo appareant signa alicuius digestionis, deinde purgetur cum sequentibus pilulis.

Recip. Pilularum indarum, de lapide lazuli ana forup. i. pilularum aggregatiuarum drach.s.misce, & cum sy= rupo uiolato fiant pilulæ numero. v. & per duas boras ante lucem patienti exhibeantur .facta hac fecunda ma= teriæ euacuatione, consulo, ut procedamus ad buius febris quartanæ abollitionem cum his, quæ per me sunt experta, o tolletur febris deo fauente. Hæc autem sunt.

Primum experimetum est, quòd omnibus his peractis si apud lunæ coniunctionem, idest in coniunctione secetur saluatella manus sinistræ, curabitur æger à quartana.

Secundum experimentum est, quòd omnibus præceden tibus actis, si uenæ emorrhoidales secentur sublime reme. dium est in tollendo quartanam.

Tertium experimentum est observandum in die paro xismi. Quod per y boras ante aduentum paroxismi, pa= tiens ponatur in balneo aquæ dulcis calidæ, in quo per horam moram trahat, er in exitu balnei corpore eius bene absterfo immediate capiat sequentem bolum.

que

141

100

inde

£10=

o ad

ulis

Socie

t pae

Recip. Mitridati optimi drach.i.diaborraginati drach. i.s.misce, post cuius assumptionem æger dormiat in lecto per horam. Quod si sudor in eo promoueatur, bonum est, of sanabitur æger, of sic continuet per vij dies ante ada uentum paroxismi, ut dixi

Quartum experimentum eft, or certe inuentum utile, er expertum, quoniam febris quartana cum eo non transibit decem paroxismos.

Recip. Aque uite optime ex optimo uino distillate quater uel quinquies unc.y.pulueris garyophylloru electo rum drach i.misce, or in uase bene obturato ponatur, or Stet infusio ista per xxiiij.boras, quousque siat residen. tia großi,et fœculenti ab aqua clara,et limpida, quæ co-

lorem

lorem uini acquiret, deinde coletur subtile, et limpidum à crasso, et sic utere in die paroxismi per y.horas ante eius aduentum nullo cibo præcedente ante paroxismum.

Recip. Aque uite prædicte unc.s.uini albi dulcis unc. i.misce, o patienti exhibeatur, de parte uero crasa, or fœculenta mixta cum oleo anethino calido eadem bora inungatur tota spina dorsi, & sic continuando uidebis certe febrem quartanam non transire decimum paroxismum. Quintum experimentum est.

Recip. Succi borraginis depurati unc. iiij. polypodij quercini, epithimi ana drach.t.bulliant hæc omnia insimul unica forti ebullitione, deinde facta forti expressione co=

letur, o de colatura

Recip. drach.ij.uini albi odoriferi unc.s.misce,et exhi beatur patienti per horam ante aduentum paroxismi, er est expertum. Sextum experimentum est.

Recip. Succi summitatum absinthij drach.ij.theriacæ magnæ drach.i.uini albi potentis unc.s.misce, et patienti exhibeantur per tres horas ante futurum paroxismum.

Septimum experimentum est. Recip. Epithimi, thimi, polypodij quercini, foliculoru senæ ana drach.i.s.puluerizetur omnia subtilissime, et cu succo borraginis reformetur pasta pilularum, er ante: aduentum paroxismi per horam patiens deglutiat tres pilulas illius pastæ in dosi unius drachmæ. Octavum expe rimentum est, & est per me expertum. Quod ante aduentu paroxismi per duas horas patiens capiat drach. i.Trochiscorum ad quartanam descriptorum ab Auicen= na in quinto canone in antidotario suo. Nonu experimen tum est, cum sequenti unquento ante aduetum paroxismi per duas horas ungatur tota spina dorsi ex opposito ignis deinde

deinde immediate ingrediatur lectum.

Recip. Olei costi, olei laurini ana unc. ij. olei castorei unc.i.aquæ uitæ optimæ unc.ij.misce, & bulliant omnia usque ad consumptionem aquæ, & ipsum usui reserva. Et bæc de quartana dicta sint.

DE FEBRIBUS COMPOSITIS. Q VAE EMITRITEI DICUNTUR. Cap.XVIII.

CRIBIT VR ab Auicenna in prima quar ti. Quòd febres diuersificantur ex modo suæ consistentiæ Queda enim simplices sunt, quæ

ex dominio unius humoris putridi tantum procedunt. Et ob hoc Galenus in secundo de Crisibus, in Capite x. x 1. x 11. non nist tres singulares, or simplices febres con= stituit:uidelicet ex putredine cholera, uel flegmatis, uel melancholiæ, quoniam cum sanguis putrefit, perdit for= mam sanguinis, er eius subtile conuertitur in choleram, & crassum in melancholiam. Quare iuxta sententiam Galeni, febres putridæ ex modo suæ consistentiæ singua lares non erunt, nisi tres, uidelicet tertiana, quotidiana, et quartana. Et attende quod humores prædicti uel putrefi= unt ad intra uenas, or caufant continuam febrem, uel pu trefiunt ad extra uenas, et causant interpollatam, erit igitur singularis febris uel continua à putredine ad intra uasa existente, uel interpollata à putredine existente ad extra uasa.Cum autem simplicia coniuncta causant com= positionem, non erit deficile inuenire omnes species febris compositæ ex cognitione febrium simplicium in unum coeuntium. Erit igitur febris continua alteri continuæ Sebre

1

THE CHE

YES

rbe

ute

act.

Z

febri iuncta aliquando, ut febris Tertiana continua cum quotidiana continua, uel cum quartana continua. Et quia boc rarisime contingit, of si contingerit, fere semper est mortalis febris. Ideo de tali febre composita sermonem non faciemus, quoniam deplorati solis pronosticis sunt relinquendi. Aliquando uerò iungitur Tertia= na interpollata cum quotidiana continua. Et hæc est pri= ma species febris compositæ, quam nos appellamus pare uum Emitriteum, quoniam propter materiam cholericam putrefactam ad extra uenas, or materiam pituitosam pu trefactam ad intra uenas, in hac febre non possunt esse Sæua accidentia, propter quod dicitur paruus Emitriteus quia paruæ malitiei est . Aliquando uerò iungitur febris quotidiana interpollata cum tertiana continua, es appel latur medius Emitriteus. Cum enim in ea materia chole= rica sit putrefacta ad intra uenas, er pituitosa ad extra uenas, sauiora contingunt accidentia, propter quod in malitia hæc febris composita erit uigentior prima. Et ideo dicitur medius Emitriteus. Aliquando uerò Tertiana interpollata iungitur quartanæ continuæ, uel econtrà, er hæc febris est tertia species compositarum febrium,quæ maior emitriteus appellatur à sæuitate accidetium proue nientium.uel ex melancholia putrefacta ad intra uenas, uel ex cholera ad intra uenas putrefacta. Quarta uerò species febrium compositarum, que non uerus Emitri= teus appellatur, est cum Tertiana interpollata iungitur quotidianæ interpollatæ, quarum omnium curam habebis in præsenti Capite. Attende tame quod signa ducentia te in cognitionem earum febrium compositarum sunt sequentia. Si enim fuerit paruus emitriteus propter mateteriam cholericam putrefactam ad extra uenas, or pituitofam

tosam putrefactam ad intra uenas refrangentem acuitatem choleræ, accidentia febris erunt remissiora, ut sitis, inquietudo, acuitas caloris, paruus rigor, & terminus ipsius febris excedet terminum durationis febris Ter= tiane singularis, minuetur à termino febris quotidia= næ singularis.

Secundum signum est, quoniam propter pituitam pua trefactam ad intra uenas, omni hora percipietur febris in ægrotante. Quòd si de tertio in tertium rigor appa= ruerit, & si tepidus certe iudicabis febrem Tertianam

interpollatam iuctam effe continuæ quotidianæ.

ex pituita peccante ad intra uenas minuitur acuitas cho= leræ,ideo pulsus erit minus celer, minus frequens cum pituita merito sue frigiditatis tardet pulsum, cholera ue=

rò celerem pulsum conducat.

niam minus intensa inuenitur, quam in tertiana singulari, es magis intensa, quam in quotidiana singulari. Quod si bene hac omnia signa perpendes, cognosces primam speciem sebris composita, quam emitriteum paruum nun cupamus, eadem quoque uia, es medium emitriteum, es maiorem emitriteum cognosces.

: Secundum quod indicia apparebunt humoris magis

dominantis in emitritea febre.

ete

(ce

Quòd si signa choleræ magis uigentia erunt, remisio a ra uerò signa pituitæ, medium iudicabis emitriteum. Vbi uerò ipsius melancholiæ indicia magis uigebunt, maio a rem melancholiæ quantitatem indicabunt, & sie maiorem emitriteum dijudicabis, sequuntur enim indicia maiorem quantitatem humoris peccantis, no nego tamen z iiij quin

quin aliquando æqualia possent esse indicia apparentia, opituite, ocholere, ut eam innuamus sententiam, quam quidam tenent quartam effe emitritei speciem ex humoribus æque permixtis æqualia indicia mouenti = bus.et hæc de signis. Curatio uerò febrium compositarum seu febrium emitritearum per sequentia cognoscetur. Attende igitur primo. Quod febris emitritea difficilis est curationis,ut dixit Galeni primo artis curatiuæ ad glauz conem, quoniam peccans materia crassa est, et inobediens concoctioni. Et ideo dixit Auicenna in prima quarti capite proprio: febrem emitriteam aliquando prolongari usque ad vij. menses, quo fit, ut merito sue diuturnitatis inducentis debilitatem in uirtute, dicamus emitriteam febrem periculosam esse. Iterum attende. Quod febris emitritea est febris mali modi, o similis febri epidimiali, cò quia uirtus molestata à malitia duarum febrium admodum debilitatur. Et ideo secundum plurimum accia dunt emitriteæ febres tempore pestilentiæ, ob quam rem hortor uos. Quod in febre emitritea custodiam cordis sollicitetis. Et cum his que per intus assumuntur, et extra applicantur confortantibus uirtutem cordis, de quibus sermonem faciemus, cum loquemur de febre pestilentiali. Item attende, quòd febris emitritea quia composita est, indiget cura composita. Hac sententia habes à Galeno in primo de differetijs febriu capiteviij et in.iij.de simplici pharmaco, distinctione tertia, capite tertio, ideo sicut ma teria peccans in emitriteo est composita ex diuersis ma= terijs,ita or medicinæ ei condonandæ sunt compositæ ex simplicibus diuersis, uel compositis diuersis, respicientia bus diversitatem humorum in emitritea febre peccantiu. Item attende, quod cum materia febris emitriteæ dicatur esse

esse merito sui modi substantia, uidelicet crasitudinis inobediens concoctioni, or euacuationi, hortor uos, ut non una euacuatione tantum sitis contenti totam materiam emitritei euacuare, sed paulatine digerere oportet, atque euacuare paulatine. Et ideo primitus digeramus materia, or non expectando signa completæ digestionis euacuabi= mus partem peccantis materia, sic enim faciendo secura= bimus ægrum à debilitate uirtutis, sine molestia materia. euacuando. Item attende. Quòd febris emitritea habet quinque tempora sui paroxismi, sicut poteritis uidere à Galeno in libro de temporibus particularibus paroxismo rum,taceant igitur illi,qui dicunt declinationem non esse partem paroxismi,quia tunc non essent tempora particularis paroxismi nisi tria, et dicit Galenus, ea esse aliqua do, quatuor, aliquando quinque, ea autem tempora emia triteæ febris sunt iuxta Galenum principium, anomalia, augmentum, status, or declinatio, et intelligo per tempus anomaliæ inæqualitatem motuum materieru, qua neque principium, neque augmentum dijudico, sed propter die uersitatem illam motuum apparentium in emitritea fea bre, tune non iudicamus ese principium, neque augmena tum. Et hoc accidit ex diuersis naturis diuersorum humoz rum peccantium in emitriteo, parui igitur emitritei cura est, ut materia primitus concoquatur, or quoniam pituia ta ad intra uenas est putrescens, cholera uerò ad extra, ideo peccatum in maiori quantitate pituitæ inuenitur in emitriteo paruo · Quare iuxta unum documetum datum, digestiuum debet esse compositum ex digerente pituitam secundum magis, or digerente choleram secundum minus, syrupus igitur patienti sequens exhibeatur,ut

di.

£,

ici

104

性

ex

tia in.

tur of

Recip. Syrupi bisantini, uel syrupi de duabus radicibus unc.i. syrupi de endinia pro cholera, oximellis simpl. ad incidendum materiam crassam ana unc. s. aquarum fœniculi, buglosse ana unc.i.s.endiuiæ unc.s.misce, pro una vice. Continuetur autem syrupus præsens per se= ptem dies continuos, quia materia non cito obedit con= coctioni, eo tamen tempore quo digeritur materia. o st simus in principio morbi, hortor uos ad cordis conforta tionem, cum bæc febris sapiat naturam Epidimialis fe= bris,in qua uirtus cordis læditur à duplici febre uideli= cet à continua de flegmate, & ab interpollata de chole= ra, patienti igitur quotidie applicetur epithema cordia= le, et exhibeatur mixtura cordialis eo modo quo dicemus cũ loquemur, de febre pestiletiali, apparetibus igitur si= gnis cococtionis, et si nocoplete, dico no coplete, quia pro pter materià esse crassam cococtioni inobediente, no debe mus expectare copleta digestione, sed sepius digerere sæpe euacuare.dico sæpe euacuare, quonia propter diutur nitatem temporis, in quo eleuatur multi uapores oppositi o à pituita uidelicet, or à cholera petetes cerebrum fa cile in patiente emitriteum posset apostema cerebri Et ideo ut medicus prohibeat illius generae tionem, solicitet euacuationem magis quam alterationem; per extinctiua caloris . Et ideo apparet emitriteum sape= re naturam febris pestilentialis, cum nedum uirtus cor= dis debilitatur, uerum & cerebri apostema gignitur. Sunt enim hæc Symptomata comitantia pestilentiam.di geramus igitur ante euacuationem, quia materia est crassa, cum syrupo dicto, euacuemus uerò non expectan tes completam digestionem, ne fiat quod dictum est, medi cina igitur euacuatiua talis estin emitriteo p aruo. Recip.

Sitionem

Recip. Betonicæ pro capite, fæniculi, absinthij ana M.i.or pro flegmate, sint in maiori quantitate, rosarum, florum uiolarum ana M. s. hæc pro cholera in minori. quantitate. florum buglosse,borraginis ana P.i. & hac pro corde, bulliant omnia in sufficieti quantitate aque usque ad consumptionem medietatis, deinde coletur, or cum colatura dissolue Casiæ nouiter tractæ unc. s. pro lenitiuo, turbith boni, gummo si pro flegmate in maio ri quantitate drach.ij.zinziberis gran.v. Reubarbari ele cti, pro cholera in minori quantitate drach.i.spicæ gran y. Attende tamen quod cum in emitriteo paruo peccet. materia crassa, quia flegmatica, pone Reubarbarum in substantia, quoniam sic magis crassos euacuat humores, er aduerte, quod loco turbith, er reubarbari simul in ea dem intentione potes ponere in medicina mixturam de Diaturbith cum reubarbaro, er ex his potum conficias & agroto dabis, modo exhibitionis aliarum medicina= rum, completa euacuatione per medicinam, iterato mate riam concoquere debes, of si simus in paruo emitriteo, e eleuare digestiua in eadem compositione, in maio= ri uirtute ad concoquendum pituitam, deinde choleram. propinetur igitur sequens syrupus patienti.

Recip. Syrupi de quinque radicibus unc.i. oxymellis compositi, endiuiæ ana unc.s. aquarum Absinthij, fænicu li, cicoreæ, ana unc.i. misce pro una uice. apparentibus sia gnis concoctionis dabis medicinam iam præscriptam excepto, quòd minoretur tertia pars turbith, uel diaturabith, er addatur drach. i. agarici electi in oxymellite simplici infusi, er uidebis uigorosiorem medicinæ opearationem in eductione pituitæ er choleræ, medij uerò emitritei curam habebis, si causas facientis ipsius compo

sitionem considerabis. sit enim ex cholera putrefacta ad intra uenas, ex pituita ad extra, quare cum maior bu mor sit putrescens ad intra, quam ad extra uenas, à maio ri quantitate cholera pendet medius emitriteus, e à mi nori slegmate. quapropter e digestiva, et evacuativa in eo magis attestabuntur cholera, quam pituita.

Attende tamen, quod cum in medio emitriteo maior sit timor de generatione apostematis cerebri propter putrescentem materiam cholcricam ad intrauenas, medi eus debet esse solicitus in euacuatione illius materiæ, no enim tantam expectat digestionem choleræ propter sui subtilitatem, quantam expectabat pituita in paruo emitriteo primo igitur digeratur materia cum sequenti syrupo, ad quem laudo præcedere uentris lenitionem uel cum manna, uel cum casia, es tamarindis.

Recip. Syrupi de endiuia, de succo acetose ana drach.

yi.mellis rosati colati unc.s. aquarum cicoree, endiuie,
buglosse, ana unc.i.misce, in isto enim syrupo magis uia
gent respicientia choleram, minus uerò pituitam, or sic
exigit medius emitriteus. quinque assumptis de ijs syru=
pis, laudo, ut non expectet ulteriorem digestionem: sed vidie in diluculo sequentem ægrotanti condonabis me=
dicinam.

Recip. florum quatuor cordialium ana M.s.tamarina dorum, corticum mirabolanorum citrinorum ana drach.

ij.agarici ligati in petia drach.i.bulliant omnia in suffiacienti quantitate aqua usque ad consumptionem medieatatis, deinde coletur, or cum colatura dissolue Diacathoaliconis drach. vi. reubarbari electi drach. ij. spica gran. x.

turbith boni or gummosi drach.i. zinziberis gran. v.ina fundatur reubarbarum cum spica in aqua endiuia cum modico

cume

modico uini albi odoriferi per decem horas. Deinde fiat fortis expressio, of fiat potus, of quia etiam in me= dio emitriteo propter pituitam redditur materia crassa, Ideo consulo, ut paulatine digeras, or paulatine euacues. dispone igitur ad iteratam digestionem cum syrupis eiusdem conditionis, uidelicet magis respicientibus bilem, minus uerò pituitam, o non recedas apparentibus signis concoctionis à medicina data. Vnum tamen aduertoz quòd in medio Emitriteo frequententur lotiones cum aqua calida decoctionis camomilla, Betonica, or rosa= rum, mane scilicet & uesperi, ut diuertantur uapores à cerebro, quibus in medio emitriteo facile potest cerebri apostema procreari, laudo quoque ut fiat frictiones pro pter eandem causam. Quod si in medio Emitriteo iun geretur dolor capitis, uel delirium aliquod, laudo appost tionem hyrudinum emorrhoidibus:cum ipse etiam diuer tant, or euacuent uapores, or humores à capite. Maioris uerò emitritei cura solicitari debet neque in ea media cus debet esse negligens, co hoc ideo, quoniam maior emitriteus periculosissimus est, ab eo pauci euadunt, co bic est, qui secundum plurimum apparet in pestilentia. quia enim maior emitriteus pendet à melancholia putre scente ad intra uenas, or à cholera ad extra uenas in eo apparet accidentia horribilia, cum uterque humor maxi me rebellis sit omnibus uirtutibus membrorum princi= palium corporis nostri, considerabis igitur in maiori emitriteo maiorem quantitatem materiæ melancholicæ putrescentis ad intra uenas, or minorem choleræ putre= scentis ad extra, sint igitur eius digestiua, or euacuatiua magis respicientia melancholiam, minus uerò choleram, Syrupus igitur conueniens pracedente nentris lenitione

地 也 治

ite

X.

Me

cu diafene lenit iuo er casia erit sequens.

Recip. Syrupi de Epithimo unc.i.de buglossa, de endiz wia and unc.s. aquarum meliffe, borraginis, cicoreæ ana unc.i.misce,assumptis tribus, uel quinque de his syrupis,

euacuabis cum sequenti medicina.

Recip. Confectionis Amech non solutiue unc.i. Epi= thimi subtiliter pulucrizati drach.ij.Reubarbari electi drach.i.fpicæ gran. v. Reubarbarum subtiliter pulueri= zetur, & cum modico uini albi odoriferi irroretur omnia cum decoctione florum cordialium, folliculorum senæ, o polypodij quercini, o tamarindorum dissoluan tur, or fiat potus. Quod fi in maiori emitriteo adhuc malignitas uigeat, ueritatem astantibus de periculo mor tis pronunciabis.

Sequere tamen tu eius curam cum his, quæ dicemus de cura febris pestilentialis: et hæc de febribus compositis dicta fint. itano h estounid to estoque serviceus to itas

### viencero encientei cura folicitari debet neque in exmedia DE FEBRE ETHICA, To trubante in Cap. do for an X 1x desiring entrements

hit est qui sevenium pluvimum apperet in vert benein. IXIT GALENVS in secundo de crisi= bus, capite decimotertio, or primo de differen tijs febriu capite nono. Quod ethica dicitur ab affixione. Est enim ueluti qualitas affixa, or habitua. lis de difficili remouibilis à subiecto de qua loquens Galenus secundo prædictionum dixit,ipsam esse continua, que proprie in nocte dugmentatur. Et in libro de inæ quali discrassa dixit, ipsam à principio curare difficile esse, in fine uero nequaquam. Cuius ethicæ curam modo expediemus de qua loques princeps prima quarti dixit: ethicans poris existentem, consumentem humiditates omnes mem brorum & totius corporis. Cuius due sunt species. Vna que dicitur Ethica febrilis, altera uerò marasmus. sicut dixit Galenus in his, que scripsit de tabe. Nos igitur primo Ethicam expediemus febrilem. secundo uerò marasmum. Et attende, Quod cum Ethica febris sit totius corporis humiditatum consumptio, imaginari dec bes de humani corporis humiditatibus, sicut de illis repertis in lucerna, que sunt tres.

Prima est, oleum circundans totum lychnium ueluti bumidum nutrimentale lucentis flammæ in lychnio, Secundum est, humidu intrinsecatu substătia lychnij, quo immediate fouetur flamma lychnijstertium est humidum radicale lychnij, quo tenentur partes ipsius lychnij sub= Stantiales ad unum. Docet etenim experientia, oleum. ex flamma continue consumi, consumiturque humidum. oleaginum ad intra lychnium consistens - consumitur quoque o substantia ipsius lychnij, quæ incinerando deficit. Sic or in humano corpore tres inueniuntur hu miditates, quas princeps in prima primi, doctrina de humoribus. Duas appellauit humiditates, Vna est Ros.et, est humiditas ex primis humiditatibus genita, circundas omnia membra corporis nostri, ucluti oleum lychnij sub= Rantiam circundabat, qua membra irrorantur, or ipsa uertitur in intrinsecum nutrimetum ipsorum membroru.

Extat secunda humiditas intrinsecata porris, o mea tibus membrorum, que de proximo transit in membri substantiam, ueluti nutrimentum in effectu, o dicitur cambium, quoniam immediate cambiatur, in substantia membri.

Printing.

Tertia

Tertia uerò humiditas, que est quarta de secundis apud Auicenna, est, qua membrorum partes tenentur, & dicitur Glutem, quia glutinat, or adunat partes membri. Ex quibus dictis attendere debes. Quod tres funt species Ethicæ. Cum enim Ethica sit consumptio omnium hu miditatum membrorum corporis nostri, si fuerit consum ptio Rorida humiditatis, erit prima species Ethica, simi litudine consumpti olei in lucerna. Et hæc est difficilis cognitionis, & facilis curationis, licet dicat Galenus in de inæquali discrasia. Quod quælibet species Ethicæ à principio est difficilis curæ, quoniam in se quælibet species Ethica antequam noscatur magis affigitur, & habituatur.quo fit,ut à principio cuiuslibet speciei Ethi cæ in se propter esse principium difficile cognoscibile. id idem erit difficile curabile. Cum autem quælibet fpecies ethicæ à principio non curetur, eadem species in pro cessu sui ipsius nequaquam curabitur, er hoc uoluit Ga= lenus, comparatione uerò Ethicæ primæ speciei ad alias Ethica species à principio.i. Ethica prima speciei, facie lioris erit cura, o sie dixit Auicenna. Si uerò fuerit consumptio cambij, seu humiditatis imbibitæ membris ad similitudinem consumptionis olei imbibiti in substan tia lychnij. Erit secunda species ethica, qua est facia lioris cognitionis quam prima, or difficilioris curationis, Si uerò fuerit consumptio humiditatis Glutinis ad simi= litudinem consumptionis humiditatis radicalis lychnij, dicetur tertia species ethica, qua facilis est cognitionis et difficillimæ curæ.

Et attende. Quod indicia, quibus facile poteris cogno

feere hanc ethicam febrilem funt hec.

Primum assumitur ex modo caliditatis præter natura lis apparentis in toto, quoniam uniformis est, et æqualis, non plus affligens uno die, quam altero, quantum est ex parte qualitatis caliditatis Ethica, or dico hoc, quoniam in aliqua horarum inuenitur corpus ægrum magis alteratum & calefactum, & hoc ex parte dispositionis membri & reisei extrinsecus contingentis. & propter hoc est secundum signum ethica, quod paulo post cibum ethicum corpus magis manifeste inflammatur, er ratio est, quoniam cum membra ex caliditate ethica, facta fint calida of ficca, bumidum nutrimentale ex cibo ac= quisitum superincendit talia membra, sicut cum humidu aqueum superaspergitur calci calidæ & siccæ. Docet enim experietia, Quòd ab illo humido aqueo supra calcem proiecto eleuantur fumi circundantes aerem ca= lefacientes. ita & bumidum cibale attingens membra ipsius Ethici, est hac causa quare ab illis membris eleuan tur fumi totum corpus inflammantes magis.

Et ideo tertium signum febris ethicæ, quòd post refe= Etionem rubescunt maxillæ, quia maxime uapores illi uer

gunt ad faciem,

ide ide

rit

His

<del>L</del>an

cia

Quartum indicium ethicæ febris est, quòd caliditas ad tactum, in primo tactu apparet mitis, er non acuta, neque mordicativa, ratio est, quia caliditas ethicæ est con centrata in membris er duris particulis.

Ideo longius distat à sensu tactus. Quòd si tactus perfeueret in processu, apparebit calor magis acutus et mor
dicatiuus. Cuius oppositum cotingit in febribus putri
dis, à primo enim tactu in his acutior, or mordacior per
cipitur caliditas, quia in humoribus inuenitur, or in partibus mollioribus.

enim Pulsus rarus, tardus, or paruus, or boc propter dez bilitatem uirtutis pulsatilis, durus uerò inuenitur hic pul sus propter duriciem arteriæ, quoniam caliditas ethicæ inuenitur in solidis particulis.

sextum signum assumitur ab urina, oculi enim oleagi ni apparent in urina ipsa, quia significatur consumptio

bumiditatis, quæ fit in omni specie Ethicæ.

Septimum signum sumitur ab babitudine corporis,
quoniam tangendo cutis apparet arida, quoniam continue corpus exsiccatur propter consumptio nem omnium

humiditatum omnium membrorum.

Attende tamen. Quod ea, que dicta sunt indicia ethice funt solius Ethica, or non ipsius commixta cum putrida febre,si enim putrida iungitur Ethicæ confunduntur ste gna. Quare oportet te bene perpend ere cuius putri de commixta ethica sint indicia, an tertiana, an quotidianæ, an melancholicæ. Et secundum hoc habebis uia ad curationem putride iuncte ethice; que propter esse periculosiorem non dantem nobis inducias, ueluti dat ethica, curationi putrida prius debes attendere, non nea glecta tamen cura Etihox, ex dictis quoque signis facile poteris deuenire in cognitionem causarum Ethica. Cuius sunt cause procatartice, seu primitiue. Et sunt que= cunque extrinsecus contingetia corpori bumano nimiuni Supercalefaciunt, sicut fortis calor solis, er fortis calor balnei, comestio rerum ualde calidarum, co exficcan= tium, sicut sunt piperata, ab his enim in membris totius coporis figitur caliditas, o ficcitas concrescit. Quo fit ut corpus tabidum remaneat. Quapropter quacuque corpori humano extrinsecus adueniunt. In summa ni= mium mium calefacientia, & exficcantia illius membra, sunt ethica febris causa procatartica, causa uerò Ethica præcedentes alie sunt, or sunt quæcunque intrinsecus corpori contingunt calefacientia co exsiccantia totum corpus, sicut febris ephimera, que est caliditas, et siccie tas maxime humidum consumens. Cum enim in ea spiri= tus incenduntur, permeantque spiritus ad omnes corpo= ris minimas partes, earum humidum facile consumere possunt. or hoc est, quod facile ex ephimera fit ethica, fe= bris quoque putrida potest esse causa ethica pracedens, cum etenim diuturno tempore perseuerauerit putredina lis calor in humoribus humidum consumit, et ut idem ca lor conseruetur, uertit eius operationem in humidum membrorum, quo dissoluto, fit Ethica, causa uerò coniunz eta, quam contentiuam appellat Galenus, est caliditas existens in particulis solidis totius corporis, que contie nue agens in humidum ipsorum membrorum ipsum exa siccat, totu corpus tabidum reddit. Curatio uero Ethi cæ febrilis sic habetur.

Primo attende, Quòd si ethicæ febrili iungatur febris putrida alicuius generis, primo debes attendere putridæ non derelinquendo ethicam. Ratio est, quoniam media cus debet attendere ci, quod magis suspectum est. Cum autem putrida sit magis suspecta: quoniam ethica dat moram, es inducias, quam non dat sic putrida.

14 14

t

de auxilijs, que diximus in suis capitibus proprijs.

Item attende, Quòd medicus in ethica simpliciter no debet attendere euacuationi humorum, quoniam peccatu est in membris non in humoribus.

Ideo debet folis alteratiuis caloris Ethicæ, & humea etatinis siccitatis membrorum contentari. Igitur cum cura Ethicæ consistat in infrigidando, & humectando primo expedit, ut cures ethicam cum cibis infrigidatia

uis, o humectatiuis.

Et attende, Quòd ubi esses coactus uti calidis in Ethizea, sicut uino uel aqua carnis, es huiusmodi, fac, ut præzecedant infrigidatiua, et ideo uinum absolute ethicis denezedandum est, nisi ei iungeretur uirtutis debilitas. Si igiztur uinum dare Ethicis esses coactus, recordare ipsum limphare cum aqua seminum communium frigidorum: et sit uinum pauciferum, ferè in omnibus dispositionibus aquæ asimilatum, de quo uino loquitur Galenus tertio de ratione uictus in acutis commento primo, Quòd si sine uino ethicum ipsum poteris sustentare, eius potus sit aqua hordei no multæ decoctionis, uel sequens potus faci

le ethico exhiberi poterit.

Recip. Aquæ seminum communium frigidorum, uiolatæ e idiuiæ, lactucæ ana lib.i. seminum endiuiæ, scariolæ,
portulacæ, ana dracb. ij. iuiubarum sebesten ana numero
xx.bulliant omnia inuicem in sufficienti quatitate aquæ,
deinde coletur, cum saccharo quantum sufficit, siat
iuleb longum, de quo iuleb bibat sine misericordia, ciba=
ria uerò ipsius ethici similiter sint frigida co humida, ue
luti est ptisana. Est enim cibus admodum conueniens ipsi
ethicæ, infrigidat enim co humectat, et licet hordeum di=
catur esse siccum, ipsum tamen propter elixationem sit
humidum, co maxime conuenit ipsis Ethicis tempore
uespertino, cum in somno calore naturali intrinsecato
agente in ipsum melius disseminetur per omnia membra
corporis nostri ad ea magis humectanda.

Secundus

depilatam, et euisceratam diluatur cum aqua seminum communium frigidorum, et uiolarum in qua aqua stet per 6. horas pulla infusa, deinde ad ignem lentum poe natur, et elixetur in aqua communi, in qua ponantur folia lactucæ, endiuiæ, scariolæ, seminum papaueris ana p. s. decocta uerò pulla, patiens illius carnes comedat, uel densas, uel contusas, ferculum uerò eius sit ex dicto broe dio, in quo concoquatur farinæ amidi, farinæ hordei ana p. s. sacchari albisimi unc. s. lactis amygdalarum dulciu unc. i. sine sale patienti exhibeatur.

Tertius cibus ipsius ethici est talis.

Recip. Succi cucurbitæ, uel cucurbitæ optim e conz tusæ unc.iiij.lactis amygdalarum dulcium unc. ij. farinæ amidi unc.s.sacchari optimi unc. i. misce, coquantur omnia in iure paruæ pullæ, co patienti ethicam exhibea tur mane, co uesperi.

infundatur uaccino, uel caprino per 6. horas, deinde coquatur in lacte amygdalarum dulcium quantum sufficit, addendo emulsiones seminum papaueris albi, & seminum communium frigidorum ana unc.s.et cum saccha ro siat ferculum sine sale.

Quintus cibus est, assumere caudas cancrorum, es eas infundere in lacte uaccino per 6. horas, deinde in lacte eodem concoquere huiusmodi caudas, cui adde lac amyge dalarum dulcium, emulsiones seminum papaueris, es se minum communium frigidorum ana unc. s. es cum sace charo quantum sussicit, siat condimentum.

は一般が

to

774

Sextus cibus est, capere Testudinem nemoralem, come aqua calida eam separare ab ossibus suis extrinse aa iii cis,

cis, deinde eam euiscerare cum aqua violata of seminum communium calidis bene diluere. demum in lacte vaccino infundatur per noctem caro dicta testudinis. post verò cum portionibus cucurbita recentis in lacte vaccino com quatur, o cum saccharo quantum sufficit, siat condimen tum, patiens verò come dat carnem testudinis, o cu lacte decoctionis dicta testudinis conficiat ferculum.

Septimus cibus est, capere limacias, or eas bene dilue. re cum prædictis aquis, deinde eas coquere in lacte uacci no, co cum lacte amygdalarum dulcium et faccharo fiat condimentum, recordare, quod lac in omni administra tione est conueniens Ethicis, & lac præcipue à quo ex tractum est butyrum, cum butyrum facile inflammet. Laudo igitur ad modum galeni in quinto methodi curaz tiue lac humanum pro cibo ipsis ethicis. Conuenit enim or præcipue cum sugitur ex mammilla mulieris nutritæ ex cibis infrigidantibus , or humectantibus ut ex lactucis, ex hordeo, ex lacte feminum mellonum, et ex carnibus alteratis cum bis, post uerò lac asininum multum ethicis ualet,infrigidando,humectando, mutriendo, du sit lac recenter mulctum & cum sua caliditate bibitu. Quod si febris putrida ethicis iungeretur non ita laudo lactis exhibitionem in ethicis propter putridam, cui ini= micatur lac,iuxta illud Hippocratis:lac dare caput dole tibus, of febrientibus malum, contentetur igitur ethicus cum putrida febre, ptisana, er alijs cibarijs dictis, in qui bus non administratur lac.

Octauus cibus talis est

Recip.Pulparum caponis carnosi, or non pinguis nu=
mero ij.infundatur in lacte uaccino per diem, deinde op=
time contundatur caro, or cum aqua seminum commu=
nium

nium frigidorum, cui misce farinæ ordei p. s. lactis amygdalarum dulcium unc.i. emulsionis seminum papa ueris drach.ij.sacchari quantum sufficit, & siat condimentum. Laudo quoque ratione humectationis. Quòd ethicus comedat, uel deglutiat succum fructuum frigido rum, & humidorum, sicut sunt poma, quorum pomorii succum deglutiat propter intentionem dictam, & cucur bitæ conuenit, & citruli, si stomachus tollerabit, & succus cucumeris, de mellonibus autem res est suspecta, quia cito acetosantur in stomacho.

Post diætam, quam magnopere debet medicus obser= uare in cura ethicæ.licet aliquando ipsi ethico condona= re syrupos infrigidativos & humectativos, sicut est sy= rupus de papauere, violatus, de nenufare, de endivia, de portulaça, buiusmodi.

Expedier enim ethicum frequentare sequen

tem syrupum.

THE PER

Recip. Syrupi de papauere, uiolati, de endivia ana unc. s. aquarum seminum communium frigidorum, lactuce, uiolarum ana unc.i.misce, or quoniam buiusmodi syrupi no contribuuntur etbico merito digestionis materia, sed solum merito infrigidationis, or humestationis habitua= tæ materiæ calidæ, & siccæ acquisitæ membris ipsius ethici, Ideo post syrupos non tentabit medicus euacua= tionem per pharmacum, neque in ethico expectamus ap= parentiam signorum digestionis. Si tamen ex inordi= nato uictu Ethicus pateretur uentriculi et intestinorum plenitudinem, qua or foueretur mala natura habituata ipsi ethico, tunc consulo medicum posse euacuare à uis latis cum manna, uel Casia. Quod si non contentetur. de his dictis, procuret medicus impositionem clysterio= uy aa rums rum,in quibus sit uirtus nutritiua, o alteratiua male complexionis calidæ, o siccæ. Quorum unum Tazle est.

Recip. Iuris pullæ paruæ bene carnosæunc. x. in quo bulliant, seminum papaueris, slorum nenufaris, uiolarum lactucæ, maluæ ana M.i. deinde coletur, & colaturæ adde olei uiolati unc. iij. sacchari albissimi unc. ij. mellis uiolati unc. i.s. salis communis drach. i.s. uitelli oui numero i & conficiatur clysterium.

Îtem, expertum est, sequentem mixturam multum conferre ethico, si cam pluries in die

capiar.

Recip. Conservæ violarum, conservæ nenufaris, cons servæ portulacæ ana unc.i.amidi, dragaganti ana drach. i.misce, & cum modico sacchari albissimi siat mixtura.

Item, sequens mixtura multum laudatur

Ethicis.

Recip. Emulsionis seminis papaueris albi, emulsionis seminum communium frigidorum ana unc.ij succi lactuz cæ depurati, succi endiuiæ, scariolæ ana unc. s. ponantur ad ignem lentu, co cum saccharo albissimo quantum sufa ficit siat mixtura.

Item ex experientia compertum est, sequens unguentum sanare ethicos febrientes, cum quo tota spina dorsi, & dorsum, & thorax, & utrū

que latus hypocundriorum ungatur.

Recip. Mucillaginis seminum citoniorum, seminum psillij, seminum maluæ ana unc.i.lactis mulieris puellam lactantis & parturientis unc.i.s. gummi arabici, dragazganti ana drach.i.butyri recentis sine sale loti, olei uioa lati loti ana unc.i.s.cæræ albæ quantum sufficit & siat unguen=

unquentum molle.

tum attenuante corpus humanum, sequens bal neum stomacho ieiuno multum confert.

Recip.Gallinarum pinguium depilataru, or euiscerae tarum numero iij.capitum castratorum pinguium nume ro ij.uiolariæ,lactucæ, Endiuiæ ana M. i. florum nenufae. ris M.ij.capitum papaueris albinumero xx.bulliant ome nia in 2 00.lib.aque usque ad consumptionem carnium gallinarum, co capitum castratorum . deinde coletur co sic procede, pone aquam illam in tina non multum cali= dam, fed infra tepiditatem, ne calore balnei incendatur caliditas ethici, or siccitas concrescat. Deinde ingrediatur ethicus Balneum dictum, or in eo trahat moram per horamante tamen ingressum immediate leues ibst ethico fiant frictiones, ut balnei humiditas facilius ingredi possit usque ad solida membra, post uerò exitu à balneo immediate inungatur totum eius corpus cum oleo uiolato, ut sui unctuositate claudat porrositates exterio res corporis Ethici, ne humidum intus acquisitum exire ualeat, or etiam humectabitur corpus ethici ab humi ditate olei uiolati, a detento humido intus ipsius bale nei, or quoniam ultra humectationem indiget ethicus febrius restauratione totius corporis, co omnium membrorum.

Ideo expertum est, sequens electuarium multu ethicis ualere, si bis in die mane, & uesperi una comedat unciam.

Recip. Carnis pulparum caponis, carnis testudinis nemoralis, ana lib. s .optime coquantur, contundan=tur, co dissoluantur cum aqua uiolata quantum sufficit, deinde

deinde adde gummi arabici, amidi, dragaganti ana drach. ij.lactis amygdalarum dulcium,lactis seminum mellonum ana unc.i.s. seminum endiuiæ, lactucæ, portulacæ, semiz num citoniorum ana drach.ij. seminis cucurbitæ, cucu= meris, citruli ana unc.i. succi liquiritiæ ana drach i.s.con tundantur semina contundenda, or puluerizentur pulue rizanda, co cum saccharo albissimo fiat mixtura.

Item recordari oportet, quod patiens ethicam sollici= tet potum lactis, uel mulieris, uel asinini, uel caprini, oui= num quoque lac & uaccinum non sunt praua in curatio= ne ethica, cum in omnibus his lactibus sit intentio infria gidationis & humectationis. Et hæc de ethica febre.

DE MARASMO, Cap.xx.

commenters office immediate layer in the

IXIT GALENVS in libro de marasmo. Quod marasmus interpretatur tabefactio, uel arefactio, seu consumptio totius corporis pro= pter malam complexionem frigidam or siccam acquist= tam membris totius corporis, or ideo ad hanc similitudi nem dicitur marasmus ethica senectutis, cum temperatu= ra senis sit frigida & sicca naturalis. Vnde sicut in se= ne uiget frigiditas, o fere totus calor naturalis deficit; cuius caloris naturalis defectus est propter consumptio nem humidi ipsius senis . ideo or humanum corpus dice= tur marasmatum, quando uigebit frigiditas, fere propter totam consumptionem caloris naturalis, er augebitur siccitas ex consumptione humidi radicalis, or propter boc corpora patientia Ethicam senectutis semper ad ta= clum frigida apparent, o ipsamet frigiditas in toto cor pore percipitur apparente quippe in eis arida siccitate, ex ex

marasmi, quoniam est mala temperatura frigida es sicca in toto corpore percepta sine febre, asimilata temperatura naturali senis habes quoque magnam difficultatem curationis marasmi, cum asimiletur complexioni senis frigida es sicca, propinqua morti.

Ideo si marasmus curari poterit, curabitur per induction nem temperature contrarie temperature ipsius marasmi, procurabis igitur in cura marasmi administration nem calidorum, or humidorum, calidorum quippe, quon niam in marasmo dominatur frigiditas: humidorum uen rò, quia in Marasmo dominatur arida siccitas.

Summa igitur curationis rerum ipsius marasmi est per nutrientia, que nutrientia per os exhibentur, sicut optime carnes boni nutrimenti, es facilis concoctionis, ut sunt carnes caponum, fasianorum, perdicum, francolie norum, uituli lactantis iuuenis, cuniculi, hedorum, es his similes, non negligendo potum iuris pinguis dictorum animalium pluries in die potati, nutrietur quoque patiens marasmum, nedum per ca, que assumuntur per os, uerum per ea, que imponuntur per clysteria.

Et ideo hortor uos in curatione marasmi, Quòd bis in die mane & uesperi stomacho ieiuno imponatur seques clysterium.

Recip. Iuris caponis bene pinguis, uel cuius alterius animalis boni nutrimenti lib. i. uitelli ouorum numero ijfacchari albisimi unc. i. s. sine sale, so sine speciebus aro maticis acutis imponatur clysterium, sal enim, so species irritant uirtutem intestinorum ad expellendum, so boc non expedit, ubi tentamus nutritionem cum clyste rio: attrahent enim intestina succum ipsius clysterij per meserai

mesaraicas suas, per quas portabitur nutrimentum illud usque ad hepar, or nutriet in tantum, quòd uidi ex experientia marasmatum maxime saluari or restitui cum clysteribus istis, laudo quoque ut ferè omnia condimenta marasmato cum lacte condonentur. or precipue pota gium sequens, quotidie in diluculo ipsi marasmato exhibitum.

Recip. Lactis ouini, uel caprini, uel uaccini quomodo baberi possit lib.i.uitelli ouorum numero iij. Vini albi dulcis unc.iiij.misce, es bene ad inuicem ducantur, es agi tentur, es ad lentum ignem coquantur semper miscendo ne oua densentur, es ægrotanti marasmato totum exbibeatur, præter bæc ex experientia compertum est, quod Balneum calidum, es bumidum, quod patiens quotidie in grediatur est admodum conueniens, humestando enim nutrit totum corpus per ingressum humiditais nutritie uæ per porrositates totius corporis.

Balneum est tale.

Recip. Capones pingues, or pingues gallinas, or capita ta castratorum pinguium numero ij. pinguedinis castrati properenes existentis lib. ij. bulliant in sufficienti qua titate aqua pro balneo totius corporis usque ad consum ptionem carnium dictorum animalium or capitum carstratorum, deinde coletur or stomacho ieiuno in tinam ingrediatur corpus marasmati, immediate uerò post exitum balnei, patiens comedat duas portiunculas panis infusionato leuiter, or non multum fricato, ne unctuositas au feratur à cuti his, ingrediatur lectum calidum, or doramiat, cum somnus supra cibaria boni nutrimenti faciat ad citam impinguationem, laudo quoque, quod marasma tus

tus quotidie mane & uesperi sugat lac à mammillis pula chræ puellæ sanguineæ temperaturæ, luuenis decem & octo annorum, nutritæ cibis calidis, & bumidis per mo= dum dictum, hæc de marasmo dicta sint.

## DE FEBRE PESTILENTIALL.

inclusion ab aniconna pronoutrations fononyrais captions.

E FEBRE pestilentiali sumus dicturi in præ
senti capite, quæ propter magnitudinem morbi
et symptomatum sæuitatem indiget magno stu
dio, er magna medici sollicitudine er prudentia, quæ
sebris à principe prima quarti appellatur sebris mali
modi, cum latenter ægrum percutiat, er ipsum necet.
Dixit enim princeps, sebré hanc exterius corpus quietae
re, interius uerò admodum ipsum perturbare, er in ea,
corpora ægrotantia secundum plurimum perdunt.

Attende igitur primo, quòd apud authores inueniunz tur hæ nomina, pestilentia, epidimia, o undemia. Est enim pestilentia corruptio aeris propter prauam o occultam qualitatem, qua accidunt diuersæ ægritudines in diuersis, o uarijs individuis, o si diuersorum genez rum, inuenitur igitur pestilentia, o in hominibus simul o in generibus animalium brutorum.

Epidimia uerò est corruptio aeris ob praua & occul tam qualitatem, qua plures contingunt agritudines in individuis solius unius generis, et sic Epidimia uel erit in individuis humanis tantu, uel in alijs individuis animae lium bruttorum unius generis solius. Et bic morbus apud Galenum cum contingit individuis humanis more bus appellatur uulgaris, quoniam ex contagio per uulgu uagatur

fabrit mehind

the quotidic mane or me here fugat lac a manualities was Vndimia uerò est corruptio aque, es terre ob pras uam, o occultam qualitatem eis iunctam, o attende, quod licet proprie ista nomina sint diversa à Galeno ta= men, or ab Auicenna pro nominibus synonymis capiuna tur, ex his ctiam habere poteris differentiam inter morbum pestilentialem , o epidimialem, o undemialem. quoniam morbus pestilentialis simul in pluribus indiui= duis plurium generum inuenitur ex corruptione aeris ob prauam, o occultam qualitatem. Et attende quod in pestilentia or si aer corrumpitur, non corrumpitur ta= men secundum sui substantiam, sed corrumpitur per qualitatem ei iunctam . Et ideo dicitur pestilentia, uel Epidimia aeris corruptio qualitatiua, or non substantia lis, or per hoc attende. Quod pestilentia amoueri pote= rit, quia aeris qualitas amouebitur, o non substantia, morbus uerò Epidimialis est morbus in individuis unius generis tantum inuentus ob aeris corruptionem qualitae tiuam, quæ qualitas occulta o praua dicitur, quia occul te intrinsecus operatur, et occulte animal interficit. Morbus uerò undemialis animantibus acquiritur uel si= mul plurium generum, uel unius generis tantum, pro= pter aque, uel terræ corruptionem ob prauam, o occul tam qualitatem eis iunctam, or ex his facile scire potez ris febrem banc, quam mali modi diximus, effe tripli= cem uidelicet pestilentialem, epidimialem, & undemialem.nos autem de his febribus loquentes, sub nomine febris pestilentialis, de eis loquemur ad modum Galeni in primo de differentijs febrium Capite secundo, & tertio, guarto, guinto.

Attende

Attende igitur, quod febris pestilentialis est duplex, una que immediate pendet à pestilentia, quoniam occule ta, praua qualitas acquiritur ex aere ipso taliter affe= eto humiditatibus ipsius cordis, propter quam cor pati= tur febrem pestilentialem ab ipsa pestilentia immedias te qua erat mala qualitas, malus quippe influxus aeri acquisitus, or hec febris proprie dicitur pestilentias lis, eft illa, quam nos nominamus febrem pestilentia, quoniam uagatur eo tempore, quo uiget pestilentia. Alia uerò est febris pestilentialis in nostris humanis corpori bus inuenta, quæ mediate pendet à pestilentia, ueluti f mala qualitas aeris iungeretur alicui febri, deinde illa mala qualitas communicaretur humiditatibus cordis, causaretur tunc temporis non immediate ab affecto cor de à qualitate aeris occulta sed mediate, et dicitur febris pestilentialis mediate pendens à pestilentia, que eadem febris progigni potest ex prima omnium humorum core poris humani affectione à qualitate occulta aeris, ipsos humores primo inficiente.humores enim sic affecti, or mala putredine corrupti, malos or prauos uapores effu mant ad cor facientes febrem, quam pestilentiale appel= lamus, sed attende, quod etiam unum genus febris potest hominibus contingere, quam dicimus pestilentialem per similitudinem ad ueram pestilentialem febrem.continge re enim potest aliquem humorem in nostro corpore exi= stentem aliqua mala, o occulta qualitate in eodem corpore genita affectum esse, non pendentem ab influxu, ab aeris corruptione, illi tamen mala aeris qualitati sie milis, que fere omnia simptontata conducet, que etiam mala, or occulta qualitas ipsius aeris producere posset. or propter hoc quidam medici imperiti uidentes boc ge

100

nus febris pronunciant eam esse ueram pestilentialem credentes malam esse in aere factam qualitatem occultã. Nos autem dicemus istam febrem non debere ueram ap= pellari pestilentialem, sed potius febrem mali modi, or sic febris mali modi erit in plus quam febris pestilentialis: cum omnis febris pestilentialis sit mali modi, er non econtra quas febres Galenus appellauit male morigeratas. Et iterum attende, quod loquendo de febre pesti= lentiali, qua mediate pendet à pestilentia, cuilibet generi febris potest contingere, ut ephimera, er sic dabitur Ephimera pestilentialis, quoniam ipsi febri ephimeræ potest iungi illa praua & occulta aeris qualitas, propter quam dicitur ephimera pestilentialis, simili modo dabitur tertiana pestilentialis, er interpollata, er continua, o quotidiana pestilentialis, o quartana, o Sanguinea.

Expertus enim fui multas harum febrium præcesisse in tempore pestilentiæ, quæ à me pestilentes, nunquam dijudicatæ suerut, o in processu praua o occulta qualitas aeris suit eis iuncta, propter quam sactæ suerunt pestilentiales, o sebrientia illa corpora intersecerunt, o ex hoc potes habere, quòd licet in corporibus nostris plerunque tempore pestilentiæ appareant apostemata non pestisera, in processu tamen illis potest iungi occule ta aeris qualitas, qua pestisera essecta sunt memoriæ enim teneo ego, quòd tempore pestiletiæ m.d.xxv11. suerunt cuidam sebrienti applicatæ in natibus cucurbie tulæ scarisicatæ, o paulo post illi scarisicationi iuncta suit illa praua, o occulta qualitas. o ipsa scarisicatio apostemate pestisero assecta suit, o breui æger moe

riebatur.

Ex his uerò quæ diximus facile possumus uenire in cognitionem causarum pestilentiæ, et febris pestiletialis.

Attende igitur quòd pestilentia potest habere radia cem à superioribus, & etiam ab inferioribus, à superioribus quidem, quoniam contingit aliquando quòd in alia qua regione, uel in aere alicuius determinati loci, influzus quidam iungitur ex determinata quadam planeta rum coniunctione, qui influxus pestilentia dicitur, est enim aeris corruptio qualitatiua natura humana inimia ca, ex his habes duo, primo causam generalem pesti lentia, ex est dictus influxus, habes secundo diffinitio nem pestilentia, ex est corruptio aeris qualitatiua occul

te operans, or humanæ naturæ inimica.

Ab inferioribus uerò causam pestilentiæ habemus, er est corruptio qualitatiua terræ uel aquæ occulte opea rans, or inimca natura humana, qua corruptio aliquan do est terræ nascentium, aliquando uerò ab intimis ipsius terræ pergignitur, illis enim omnibus quadoq; iungitur mala qualitas, ob quam mali eleuantur uapores propter putredinem eisdem acquisitam, qui corporibus hominum contingentes, inspiratione aeris, uapores illi attingunt cor, magnum cordis nocumentum procreantes, quemad= modum meo contigit tempore, quòd quidam puteum quendam cauernosum multo tempore clausum aperierunt, or in apertione hine ad modicum eorum duo mortui fuerunt.fuit enim aquæ illius putei iuncta mala quas litas que occulte operans, or inimicata nature humane omnes illos necauit, es ex hoc habere potes, quod undes mia est causa pestilentiæ, quia ex uaporibus aqueis co terrenis mala qualitate affectis afficitur etiam der ipse, quapropter erit in aere corruptio ex mala & praua qualis qualitate ueniente ab aqua, uel à terra. Et sichabes altera causam pestilentiæ proprie, quæ est ab aqueis uel terrenis uaporibus. Et ex his poteris habere causam sebris pestilentialis proprie quoniam est uel mala quaititas occulta aeris communicata cordi, qua putresiunt cordis humditates, quibus putresactis super incenditur caliditas præter naturalis ipsi cordi, er sebrem causat, er codem modo contingit de mala, er praua qualitate aquea, uel terrena attingente cor et eodem modosebrem

progignente.

Notatamen hoc, quod annotatione dignum est, quod aliquando potest hominibus contingere febris ex putre= dine sola, reperta in humoribus corporis eorum, que fe= bris non proprie pestilentialis dici debet, sed similis ipsi pestilentiali, quoniam in effectu, qui est mors, or in sym= ptamatibus febri asimilatur pestilentiali. & hoc bene docti sumus post penurias multa hominum uidelicet pau perum corpora ceciderunt in febres, quas pestilentiales medicorum uulgus appellabat, hoc autem eueniebat ex commixtione malorum ciborum, er ciborum mali chi= mi;qui facillime putredini erant parati. Vnde ex his ge= nerabantur in eis putredines malæ, er uenenosæ, quæ ad intra corum corpora operabantur occulte, er ea interfi ciebant, o bæ febres proprie pestilentiales non sunt, fed similes illis, dicuntur febres mali modi, quia ex pu tredine & qualitate occulta humorum tantum interius corpora turbabant, er exterius eadem quietabant. signa uero demonstratiua ipsius febris pestilentialis, facile ex dicendis poteris habere.

morbi pestilentiales, uel febres pestilentiales, es tunc fa

cile poteris iudicare hanc esse febrem de numero febrium pestilentialium : si tibi tale corpus febriens offeretur, co iudicium tuum efficietur certius, si ipsi febrienti iungere tur magnum cauma, er incendium, magnaque nocturna inquietudo . cum enim in febre pestilentiali humiditates cordis corrupta sint or putrefacta propter earum praz fentiam in corde . magnum & in eo, o in toto corpore incendium causatur, nocturna uerò inquietudo erit, quia de nocte uapores recluduntur ad intra cor ipsum admodum inquietantes omniumque membrorum facultates. Item apparet linguæ nigredo cum ariditate, er siti clamosa.hoc ideo accidit, quoniam cum magnum sit incendium ex parte cordis à putredine humiditatum cordisexpirando mali uapores as cendunt ad os exa siccando, or per ulteriorem eius actionem denigran do : quo fit ut sitis uchemens sequatur est enim sitis appetitus frigidi, or humidi propter præsentiam cae liditatis or siccitatis ab illis uaporibus in ore productis. Item er nausea apparet, quoniam cor offensum à putre= dine suarum bumiditatum conatur eam expellere propter propinquitatem oris stomachi ad ipsum, nocumentum enim communicatur ipsi stomacho, er per hoc insurgit nausea.Item instantia uigiliarum adest, quoniam à putre= ne cordis humiditatum, mali superaccenduntur uapores, qui attingentes cerebrum, eius humiditates exficcant, er per hoc deficit causa somni, quæ est abudans ipsius cerebri humiditas, or per hoc aliud indicium apparet, uidelicet dolor capitis, quoniam ab eisdem uaporibus punguntur pelliculæ cerebri, quo fit ut patiantur & solutam conti= nuitatem, o malam temperaturam, deinde dolorem. Item Pulsus frequens & uelox propter necessitatem euentatio nis

nis adauctam à uehementi caumate ipsius cordis, paruus uerò, er debilis, quia uirtus cordis admodum oppressa est à putredine humiditatum eius, non potens magnificare, neque pulsum ipsum fortificare. Item urina apparet tura bulenta propter magnam putredinem, & ebulitionem cordis communicatam toti masse humorali, liuidæ quog; Vrinæ apparet propter debilitatem caloris non potentis regulare humiditates cordis. Item egestiones fetidæ sunt, malum expirates odorem propter putredinem magnam. Item apparent plerumque pustulæ, botor, er carbunculi er apostemata, quoniam cum magna dicatur esse putredo in humiditatibus cordis magna etiam fit putredo in uenis o in toto corpore, quo fit, ut tantum de materia putri= da in pestilentia uel in febre pestilentiali abundet, quòd natura no potest eam regere, et gubernareob quam rem exijt synthomatice ad debiliora loca materia, progignens pustulas, & apostemata. Item apparet sudor admo= dum fætidus, & in multa quantitate, & frigidus, fætidus propter fæculentam putredinem, multus uerò propter materiæ putridæ multitudinem, quam natura nequit regulare, quo fit, ut ille sudor syntomaticus dica. tur, et omnis syntomatica euacuatio mala est, frigidus ue= ro propter debilitatem caloris natiui derelinquentis hu= miditates cordis. Vbi igitur omnia hæc indicia in eadem febre iungentur, proculdubio iudicabis ipsam esse febrem pestilentialem, uel febrem mali modi, huius autem febris pestilentialis curam ex sequentibus dicendis habebis. In primis attende cum offertur tibi corpus febriens hac febre pestilentiali, considera, quòd cum phlebotomia sit universalis evacuatio si eam pramittere debeas. ubi enim adsunt signa sanguinis, sicut est rubedo urinæ cum crasa litia,

sitie, et aliquali opacitate, er habitudine corporis sangui nea, or regimen multiplicatiuum sanguinis præterierit, illico phlebotomiam facies, er per hoc damnamus illos, qui in febre pestilentiali phlebotomiam contemnunt, con= tradicunt enim Galeno uolenti quòd in omni febre putri -da fiat phlebotomia, Auicennæ cum inquit, cum uides urinam rubeam, co crassam illico phlebotoma, neque locum ueritatis habet id, quod dicunt, quod ideo in febre pestilentiali non conuenit phlebotomia etiam à princie pio,quia à maligna, er praua materia uirtus debilitatur, or quoniam sanguinis missio auget debilitatem in uirtu= te,ideo timendum est (ut dicunt )ex sanguinis missione uir tutem tantum debilitari ne posit illi tantæ debilitati re= sistere. Nos autem dicimus primo quod non est creden= dum, quòd in principio morbi tam subitò uirtus debilite= tur, quod non posit phlebotomiam sufferre, ut inquit Hyppocrates secundo aphorismorum:inchoantibus morbis si quid mouendum est moue etc.

Secundo dico, quòd apparentibus indicijs sanguinis eredendum est sanguinem supra alios dominari humores. quo sit ut à principio morbi uirtus potius sit debilis per aggrauationem, quàm per uiam resolutionis, es sic phlezbotomia conuenit, quia exonerabit naturam, qua reddeztur potentior supra residuum materia malignantis. Quare hortor uos, ut à principio sebris pestilentialis consentientibus robore, estate, es apparentibus signis phlebotomia, non pratermittatis ipsam, si enim omissa fuerit, cum iam peccatum sit in sanguine, es non in alijs bumoribus, es sanguis non expectet digestionem certe in breui ager desicere poterit. Attende tamen, quòd cum febris pestilentialis pendeat à malignitate materia, qua bb iij uirtus

uirtus facile debilitari posset ideo hortor, quod ubi etiam sanguinis misio fucrit necessaria, non exquisite ipsam facere debes, quia ex exquisita sanguinis missione per resolutionem spiritus, or caloris naturalis, uirtus admodum debilitatur, & tanto magis, quantum materia peccans maligna est, o uenenosa directe uirtutem opprimens. eris igitur contentus in minoratiua phlebotomia, er st putabis eam non sufficere, poteris eandem eadem die rei= terare, cum propter timorem de uirtutis debilitate, me= lius est, or securius partire euacuationem, quam una uice totum simul euacuare, sicut dixit Galenus primo artis cu ratiuæ ad glauconem distinctione tertia, capite sexto, ob quam rem iubeo, quod etiam euacuando per sanguinis misionem in febre pestilentiali à principio utamur mi= noratione, cum enim materia peccans dicatur esse multæ malignitatis, à principio exonerare naturam erit ualde utile. Vbi uerò indicia sanguinis non al crut in principio febris pestilentialis, nequaquam sanguinis missionem com mittes, tunc enim peccatum est in alijs humoribus à sana guine, neque ipsi sunt permixti sanguini, quare phlebo= tomia rapiet bonum, or malum derelinquet.quo fit, ut materia magis malignetur, et repente ægrum interficiat, sicut docuit me experientia, quod eodem præcise tempo= re, er eadem hora, qua pestilentiatus phlebotomabatur, moriebatur. Et ideo uituperamus illos, qui imprudenter à principio in omni febre pestilentiali committunt sangui nis misionem, immo in febre pestilentiali, si non apparue rint signa sanguinis, caue à phlebotomia sicut à Diabolo. Si ucrò apparuerint signa sanguinis cum robore, et ate consentientibus, si tu non phlebotomabis, sanguis iustus erit super te, o filios tuos. Vbi uerò phlebotomia à prin cipio

cipio non fuerit necessaria, scias quòd omnino febrientem febre pestilentiali debes euacuare, que euacuatio non sit eradicativa, quoniam cum illi iungitur imbecillitas uirtutis, euacuatione eradicatiua, timendum est, ne uirtus ad maiorem ducatur debilitatem, & æger moriatur. sed dices tu, materia in febre pestilentiali est turgens, seu fuz riosa, co turgente materia à principio debemus euacuare iuxta præceptu hyppocratis aphorismo uigesimosecudo primæ particulæ. Hinc dico uerum effe,quòd turgente ma teria uti debemus illius eradicatione, nisi propter eam timeamus de augmento maximo debilitatis uirtutis. Et ideo cum in febre pestilentiali propter radicatam natua ræ debilitatem, hoc timendum est maxime. ideo generali= ter in principio febris pestilentialis cum necessarium sit euacuare si per medicinam euacuabimus, sit euacuatio illa minorativa, er non eradicativa. Attende tamen, quòd ubi in principio huius febris cognosceres uirtutem esse forte, er optime resistentem malignitati materia, cum materia dicatur esse furiosa, poteris à principio uti eradicatione, usque tamen ad terminum quem natu = ra sufferre poterit . non apparentibus igitur signis sanguinis, à principio minorabis materiam in febre pestilentiali. Attende quod cum in hac febre iun = gitur malignitas, que directe opprimit uirtutem cora dis.Ideo iubeo, quod in omni euacuatione per pharma= cum tam minorando quam eradicando, ipsi medicina addantur, que cor confortant, er eius uirtutem roborant, o malam, et occultam qualitatem opprimunt, o eidem opponuntur, quo fit, ut in euacuando, uirtutem cordis ui= talem sustentemus, erit igitur minoratiuum in febre pea stilentiali pendente à putredine choleræ sequens. Recip. bb iiij

in diluculo more assumptionis aliorum pharmacorum, uel

potes minorare materiam cum sequenti pharmaco.
Recip.manæ electæ unc.ij.uel floris casiæ nouiter tractæ drach.vi.reubarbari electi drach.i.s.spicæ gran.vij. trifeæ ræ persicæ, quæ admodum cordialis est drach.ij. cum præ dicta decoctione dissolue, er siat potus. Minorata igitur materia cholerica licitum est residuum materiæ remanen tis digerere cum sequenti syrupo, semper observando quòd ipsis digerentibus materiam cholericam permiscean tur quæ habent uirtute cordis cofortare, et manu tenere.

Syrupus talisest.

Recip. Syrupi de succo acetosæ, syrupi acetositatis ci= tri, de endiuia ana unc. s. aquarum lupulorum, acetosæ, borraginis ana unc.i.misce.

Irem.

Recip. Margaritarum, coraliorum rubeorum, boli arz meni orientalis ana drach. s. puluerizetur subtiliter, co in petia rara linea ligentur, co per noctem infundantur in syrupo, facta uero leui expressione puluerum patienti in diluculo exhibeatur syrupus, uel siat hic syrupus maz gistralis sequens. Recip. Aquæ endiniæ, acetofæ, borraginis ana unc. iiij. Aquæ tormentillæ unc.iij. boli armeni orientalis, coralioæ rum rubeorum, seminum rosarum rubearum, margaritaæ rum, omnium fragmentorum, seminum citri ana drach.ij: misce, omnia insimul bulliant unica forti ebullitione, colentua, deinde adde uini granatorum unc. vi. succi aceto sitatis citri unc. iij. succi limonum unc. ij. Iterum lento igne bulliant, or cum saccharo quantum sufficit siat syarupus, qui syrupus sic exhibeatur patienti.

Recip. prædicti syrupi unc.iij.aquæ tormentillæ,aquæ radicum endiuiæ syluestris ana unc.ij.misce pro una uice, apparentibus signis digestionis ex multiplici assumptione alterius horum syruporum, eradicetur materia cholen

rica cum sequenti pharmaco.

Recip. Mannæ electæ unc. ij. electuarij succi rosati drach.ij. Reubarbari electi drach.i. s. infundatur reubare barum secundum artem in aqua endiuiæ, & tormentillæ cum modico spicæ per.x.horas: deinde siat fortis exprese sio, cui adde triferæ persicæ drach.i.s. cum alijs omnie bus siat potus, & patienti detur. Vbi uerò materia pece cans in sebre pestilentiali suerit pituitosa à principio non debes negligere minorationem illius materiæ cum his quæ pituitosam habent euacuare materiam, ut

Recip. Agarici optimi, et electi scrup.iiij.turbith subatiliter puluerizati drach. i. zinziberis, salis gemmæ ana gran.iij. sloris casiæ nouiter tractæ drach.vi. infundatur Agaricus in oximelle simplici cum suis correctiuis per x. horas, deinde siat fortis expressio, co cum superiori dea coctione cordialium dissoluantur, co siat potus, minorata uerò materia pituitosa, præpara te ad residuum illius materiæ concoquendum, dabis igitur sequentem syrupum

quo usque signa digestionis apparuerint.

Recip. oximellis simplicis, syrupi de duabus radicibus, syrupi de corticibus citri ana unc.s. aquarum dictami alzbi, betonicæ, borraginis ana unc.i. misce, or hic syrupus aromatizetur cum modico croci, or cinnamomi, uel siat

sequens syrupus magistralis.

Recip. Aquæ borraginis, lupulorum, dictami albi anæ unc. iiij. been albi, & rubei, oßis de corde cerui, utriusque margaritarum, boli armeni orientalis, corticum mirabo= lanorum indorum, corticum citri, seminum citri anæ drach. ij. puluerizentur omnia puluerizanda subtiliter, et bulliant usque ad consumptionem tertiæ partis aquarum, coletur, & colaturæ adde succi granatorum dulcium unc. vi. succi pomorum dulcium unc. vi. succi pomorum dulcium unc. vi. succi pomorum dulcium unc. vi. fucci pomorum fuccione, & cum saccharo quantum suc. vi. fucci fiat succione fuccione fuccio

Recip. prædicti syrupi unc.ij.aquæ betonicæ, lupulo= rum,tormentillæ ana unc.i.misce, pro una uice. Apparen= tibus uerò signis digestionis consentientibus robore, o ætate sequentem medicinam eradicatiuam dabis patienti.

Recip. Diacatholiconis unc.s. electuarij indij drach.ij.
agarici electi scrup.iiij.zinziberis, salis gemmæ ana gran.
iij. Triferæ persicæ, turbith gummosi ana drach. i.infunæ
datur agaricus ut supra, er cum decoctione prædicta
cordialium, siat potus puluerizatis puluerizandis, si uerò
in sebre pestilentiali materia melancholica maxime pec
cet à principio, etiam eam minorabis materiam cum sea
quenti pharmaco, ut

Recip. Diasenæ lenitiui drach. vi. confectionis amech drach.ij.floris casiæ nouiter tractæ drach. iij. misce, of dissoluantur cum aqua melissæ, of siat potus, qui apud

diluculum

diluculum patienti exhibeatur, o quoniam derelictum est residuum materix melancholicx cum praua, o occul ta qualitate cor ipsum admodum infestantis, illud concoa quatur cum sequenti syrupo.

Recip. Syrupi sabor regis, syrupi de sumo terræ, de Endiuia ana unc. s. aquarum radicis tormentillæ, radicis ualerianæ, radicis borraginis ana unc.i.misce, er aromati zetur cum modico cinnamomi, er corticum citri, uel sic

digeratur materia eadem.

Recip.syrupi de pomis copositi, de lupulis, de endiuia ana unc.s.aquarum tormentillæ, lupulorum, buglossæ ana unc.i.misce, uel sic digeratur materia cum syrupo sequen

ti magistrali.

Recip. Epithimi, thimi, polypodij quercini, summita tum fumiterræ ana M.s. corticum citri, radicum ualeria næ, radicum buglosse, radicum borraginis ana unc. s. been albi o rubei, ligni aloes, osis de corde cerui ana drach. ij. serici crudi, limaturæ auri ana drach. s. iacintorum, graa natorum, zaffirorum, smaragdorum, utriusque margari tarum, ana scrup. i. bulliant omnia in sufficienti quantita te aquæ tormentillæ, usque ad cosumptionem medietatis, deinde adde elebori nigri præparati drach. i. succi pomo rum dulcium unc. iiij. syrupi de sumoterræ unc. iij. Iterum bulliant lento igne, o cum saccharo quantum sufficit siat syrupus, de quo

Recip. unc.iij.aquæ tormentillæ unc. ij. aquæ radicum ualerianæ unc.i.s.misce pro una uice. Et attende quòd in sebre pestilentiali præcipue pendente ab humore melanæ cholico non debemus expectare completam digestionem propter malignam materiam, quæ continue agit in humo res cordis, ideo sumptis duobus uel tribus de prædictis

Syrupis

syrupis bortor, ut euacuetur materia faciens febrem pe

stilentialem cum sequenti medicina eradicativa.

Recip. Thimi, Epithimi, polypodij quercini, foliculo: rum senæ ana M. i.florum Borraginis, buglossæ ana p. i. corticum mirabolanorum Indorum unc. s. omnium frage mentorum ana.drach.i.radicum ualerianæ, radicum Tora mentillæ, radicum dictami albi ana unc. s. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquarum lupulorum, fumiterra, Tormentillæ, ana usque ad consumptionem medietatis, de= inde coletur, co cum colatura dissolue Diasenæ lenitiui. drach.vi.agarici electi. drach.i. s. Zinziberis, salis gema mæ ana gran.iiij.Cofectionis amech.Triferæ persicæ ana drach. ij. Infundatur agaricus cu suis correctiuis in oxia melle simplici quantu sufficit per noue horas. deinde fiat potus, o patienti detur facta forti expresione. Et atten de quod febris pestilentialis non solum ex uno simplici humore, mala co occulta qualitate affecto contingere po test, uerum & ex permixtione plurium humorum quo= rum mala & occulta qualitas eis iuncta, febrem pestilentialem progignit, & hac est illa species Emitritei pe stilentialis, que secundum plurimum in pestilentia apparet.raro enim solus humor unus afficitur in corpore noa Stro, quo fit, ut secundu plurimu plures afficiatur bumo=: res in ipsa pestiletia, et procreatis febribus copositis per nitiosissimus conducitur Emitriteus. Iterum attende quòd in pestilentia, o in febre pestilentiali magis uitiatur san guis praua & occulta qualitate, quia cum pestilentia, & febris pestilentialis pendeant à putredine humorum cors dis, er magis humor sanguineus abundat in corde quam alius humor, quia cor est lacuna sanguinis. Ideo est, quòd et male, or praue affectiones magis contingunt sanguiz! nio

ni, er propter hoc dico uobis, quod or si non semper in principio illarum dispositionum siat phlebotomia secuna dum plurimum tamen coacti sumus eam celebrare, post uerò sanguinem magis in humore cholerico aduenit illa pestilentialis affectio, cum post sanguinem magis abuna det cholera in corde quam flegma o melancholia, tertio uerò in flegmate, quarto autem in melancholia, pestifera hec affectio contingit. Ideo ex hoc patere potest febrens pestilentialem in omnibus humoribus posse incendi ma= gis in sanguine, secundo in cholera, tertio in flegmate, es ultimo in melancholia, or in uno quippe simplici humo= re, or in pluribus mixtis, quo fit, ut detur febris pestilen= tialis composita eo precise modo, quo supra narrauimus in capite de febribus compositis, cui pestilentiali febri iunguntur symptomata offendentia aliquando membra principalia or illis deservientia, quibus prudens medicus succurrere debet, cum ea no sint aliquo pacto negligenda. Primum uerò symptoma, cui admodum medicus attendes re debet, est uirtus uitalis offensa, cui in febre pestilentiali succurrendum est, sic primo per sequentem mixturane pluries die noctuque ipst agrotanti exhibitam.

Recip.aquæ rosatæ lib.s.uini albi odoriferi unc iiij.boli armeni orientalis drach.ij. misce, propinetur aŭt ipsi pattienti, quonia ultra boc, quòd uirtutem cordis habet robo rare, etiam præseruat, ne quis in pestilentia cadat, ratio ne enim aquæ rosatæ remittitur Cauma er incendium in sebre ista, ratione uini confortatur uirtus uitalis existes in corde, ut ipsa confortata renuat materiam malignam cor ipsum turbantem, ratione boli armeni à proprietate confortatur cor, ultra hoc quod sui stipticitate prohibet transitum uaporum uenenosorum ad ipsum cor, er ideo

laudo

laudo, quòd huius potionis aliquid pluries exibbeatur pa tienti, licet etiam possit istud ipsis sanis condonari in præseruatione à febre pestilentiali. Secundum remedium

in confortatione cordis est sequens.

Recip. Aquæ distillationis florum borraginis, florum bugloßæ, radicum ualerianæ, radicum endiuiæ syluestris, rosatæ muscatæ ana lib.s.iacintorum, smaragdorum, gra=natorum, margaritarum ana drach.i. oßis de corde cerui, sandalorum alborum, & rubeorum, been albi, & rubei, scrici crudi ana scrup. ij. bulliant omnia insimul usque ad consumptionem tertiæ partis aquæ, deinde coletur, & co laturæ adde succi acetositatis citri, succi limonum, pomo=rum dulcium ana unc.ij.uini granatorum unc.iij. Iterum bulliant unica forti ebullitione usque ad consumptionem quartæ partis, deinde cum saccharo quantum sufficit siat iuleb longum, quod aromatizetur ut insra.

Recip. Ambræ optimæ scrup.i. musci sini gran.x. cinnamomi electi, macis ana drach. s. coraliorum rubeorum, seminum citri ana scrup.i.puluerizentur omnia subtilisti mė, so ligentur in petia linea subtili, so ponantur in syrupo, so sic stet per xxiiij.horas, so patienti propinabis dictum syrupum ei exhibendo unc.i.uel ij. pro uice, debilem enim cordis uirtutem restaurat, so à febre pestilen=

tiali, et pestilentia hominem præseruat.

Tertium præsidium in cordis cosortatione est seques.

Recip. succi acetositatis citri, succi limonum, succi po=
morum dulcium ana unc.iiij. slorum buglossæ conditorum
cum saccharo, slorum borraginis, ana unc.ij.radicum ua=
lerianæ conditarum cum saccharo, radicum buglossæ, ra=
dicum borraginis, radicum endiuiæ syluestris. ana unc.
i.omnia simul contundito, quibus contusis adde ambræ op
timæ

tima musci optimi ana drach. s. omnium fragmentorum, coraliorum rubeorum, margaritarum, been albi, er rubei, osis de corde cerui, serici crudi ana unc. s. pulueris unia corni, boli armeni Orientalis optimi ana drach.i. saccha ri optimi quantum sufficit, er siat cosectio, de qua æger quotidie capiat drach.ij mane er uesperi, per duas horas ante cibum, Roborat enim cordis uirtutem, er facit creamentum operationum uitæ, et præseruat. ne corpus in pe stilentiam, uel febrem pestilentialem cadat.

Quartum remedium in uirtute uitali confortanda est

fequens.

Recip. Aquæ borraginis, ualerianæ, Tormentillæ, ro=
fatæ muscatæ, cicoreæ ana unc. iiij. sandalorum alborum,
er rubeorum, ossis de cordis cerui, been albi, er rubei,
ana drach. ij. corticum citri exsiccatarum, corticum limo
num ana unc. s. canforæ, croci ana grana. v. uini albi opti
mi odoriferi, aceti optimi ana unc. iij. misce, er unica le
ui ebullitione bulliant una simul, deinde quotidie epithie
mabis cor patienti sebrem pestilentialem: sui enim uire
tute benigna confortat cor, propellitque omnem uene=
nositatem, quæ cordi potest accidere.

Quintum præsidium in rehabendo cordis uirtutem ualde resolutam, or in resoluendo malas putredines in corde inuentas, or in repellendo uenenosos sumos ad cor

ascendentes.

Recip. Theriace magne optime unc.i. succi acetositatis citri, succi limonis and unc. s. coraliorum rubeorum, seminum rosarum rubearum ana drach.s.canfore, croci ana grana.iij.misce, omnia simul bene ducantur donec siat linimentum, quo mane, o uesperi inungas ægri totam cordis regionem: supra quam inunctionem pone etia petiame

petiam de sirico cremisino, co certe sublime remedium est in praseruatione à pestilentia, or in cordis confortatione, et quoniam in sebre pestilentiali cor malignitatem acquisitam ab hac sebre consentit cerebro.

Ideo & in ea cerebrum confortandum est. conforte= tur autem cum aromaticis, & rebus boni odoris, sicut cum aquarosata, cui aliquid canforæ permisceatur, cum qua balneetur tempora, nares, et aures, sed optimu cere=

bri confortatiuum est sequens.

Recip. Succi acetositatis citri, succi limonis ana unc.s. margaritarum, fragmentoru omnium ana drach.i. garyo phyllorum, cinnamomi electi, nucis muscatæ, macis, folij, ligni aloes, sandalorum alborum et rubeorum ana scrup. iiij. ambræ optimæ drach.i.s. musci optimi scrup.i.laudani perfecti unc.s. omnia insimul bene agitentur, co cum modico aquæ rosatæ muscatæ incorporentur, co siat poemum, quod gestatum in manibus patientis febrem pestialentialem, co illius, qui conatur præseruari à casu in ea, sublime in uamentum conducit, co quoniam eadem mallignitas pestilentialis bepati communicatur à minera læsionis, quæ est cor, ideo bortor quòd mane, co uesperi, Epithemetur bepar ipsum sequenti Epithemate.

Recip. Aquæ absinthij, epathicæ, solatri, rosatæ, endie uiæ ana unc. v. specierum cæroti triasandalini unc. i. Aceti optimi unc. iij. spodij drach. ij. canforæ grana.x. pluerizentur puluerizanda subtiliter, vomnia mie sceantur pro epithemate hepatis. Confortetur quoe que hepar cum sequenti mixtura, de qua mane, vo uesperi ante cibum per duae horas patiens capiat

drach. ij.

Recip.

usque quo liquesiant, deinde colentur, & colatura adde succi consolida minoris, succi acetosella, succi appij ana unc. iij. Theriaca magna unc.s. misce, er siat emplastru. Quòd si isto emplastro ager non sanabitur, relinque eum ministris medicorum, scilicet chirurgisis. Tu au tem longe suge.

Alterum præterea simptoma plerunque contingit in betech febribus pestiletialibus, or sunt quadam macula apparentes per multa membra corporis febrientis, er maxi= me in illis, in quibus uiget maior caliditas, sieut in dorso, ibi enim interius inuenitur uena magna, quam chilim ap= pellamus, in qua uiget multus sanguis, co arteria magna eandem comitans uenam, multo sanguine spirituali rea pletam, ab ambabus igitur uenis magna communicatur dorso caliditas. ob quam causam primo, es in maiori quantitate, buius modi maculæ ibi apparent. quas nostris temporibus uulgus nominat (petechie) quæ apud Paulum bullæ nominantur, apud uerò alios papullæ & bo= tor, or secundum quod maior ebullitio in cateris mem= bris crescit, eædem bullæ in alijs exire incipiunt, quæ plu rimum non exeunt nist per motum materia, er actionem uirtutis.

Ideo est, quòd incipiunt apparere in die Crisis, in quo sit motus materiae in uirtutem, or uirtutis in materiam, or attende quòd sec undum diuersitatem humorum mala qualitate affectorum diuersificantur, or bulla ista in co lore, or modo substantia. Si enim sebris pestilentialis à sanguine contigerit, earum color rubeus apparebit, alijs quippe eleuatiores propter maiorem sanguines quantitatem abundare in corpore. Si uerò à cholera ci trina apparebunt, si à pituita alba, si à melancholia nia

c ij græ

gre uel liuide, ubi enim à dominio sanguinis exibunt buiusmodi macule, salubriores sunt alijs, maiorem nobis

falutis confidentiam arguentes.

Iterum attende, quòd si huiusmodi maculæ apparebut in die crisis cum imbecillitate uirtutis, sugit à nobis spes salutis, quoniam est signum, quòd tales maculæ exeunt per uiam simptomatis mali, non per uigorem uiritutis

materiam uenenosam potentis expellere.

Vbi uerò prædictæ maculæ apparuerint cum fortitu dine uirtutis, signum est, quòd cura febris pestilentialis cum dicto sympta mate non est negligenda. Et pro= pter hoc iterum attende quòd ubi cum febre pestilen= tiali non apparuerint adhuc huiusmodi maculæ peccan= te sanguine, uel alijs humoribus permixtis sanguini, con uenit phlebotomia necessariò consentientibus robore er ætate, sicut supra narrauimus ex testimonio Galeni pri= mo de differentijs febrium capite nono, er Pauli secun= do artis medicæ capite xxxvi.

vbi uerò cu febre pestilentiali exeunt buiusmodi ma cula, certe communis modus pratica est phlebotomiam negligere, quoniam natura non debet impediri à motu materia, cum quo utilitas er iuuamentum uirtuti adue nit, sed propter materiam illam pestiferam, er ueneno= sam exire ab intus ad extra, uirtus ipsa alleuiatur.

Ideo medicus debet sequi motum naturæ recte operan tis, phlebotomia aute facile motum illum impedire pos= set, quia posset ad intima reuocare materiam illam, quam

natura tentat ad extra expellere.

Atende tamen quòd aliquando, non fui ego deceptus in faciendo phlebotomiam adhuc maculis illis incipien= tibus aapparere, quoniam consideraut, o per signa cognoui, gnoui, quod magna erat plenitudo in corpore, or maxim me ex sanguine.cum maculæ illæ apparebant rubeæ, or sic intentione habita ad multitudinem cause præceden. tis existentis in uenis, que erat sanguis, phlebotomiam commist, co cum ea bene me reperij, or istud præceptum habetur à principe in prima quarti capite de uariolis er morbillis, ubi ostendit, quod etiam illis apparentibus morbillis er uariolis, er fuerit in toto magna plenitue do, phlebotomia non est contumax. Sit autem talis phlebotomia parca,ut euacuet folam causam præcedentem, or uirtus reddatur potentior ad resolutionem restdui remanentis. sit enim in omni tui euacuatione eustodia de uirtute, cum enim ipsa uirtus habeat militare con tra materiam malignam & uenenosam, non multum de sanguine debes euacuare, quoniam arma uirtutis deperderentur.quæ sunt sanguist, spiritus, or naturalis calor, facta autem phlebotomia si erit expediens, dico si erit expediens, scilicet apparentibus signis maximæ repletio nis in sanguine. or dico si erit expediens, quia secundum plurimum cauere debemus à phlebotomia apparentibus illis maculis, alium quippe modum curæ assequi debe mus,qui est sequens,apparentibus igitur buiusmodi ma= culis à medicina laxativa omnino cauere debes, quoniam per eam nedum materia mouetur y oppositum motus, quem natura tentat, sed ex agitatione facta ab ea, uirtus imbecillior fit, laudo tamen quod aliquando adhuc apparentibus maculis illis, si expediet uti medicina, sit lenia tiua tantum euacuans à uijs latis, quoniam solum medici na illa euacuat, materias communes fouentes materias proprias, absque quod retrahat materiam ad interiora, quam natura ad extra conatur propellere.conuenit igi= cc iii

tur Manna, Caßia, Tamarindi, & buiusmodi.

Sterio lenitiuo securius esset, et magis ad propositum morbi: securius quoque erit in hac febre pestilentiali ape parentibus his maculis curare febrem hanc, sequendo mo tum natura, cum enim natura tentat ad extra expellere omni cura, omni diligentia, et sollicitudine iuuemus naturam, ut materiam complete expellat, et hoc pluribus sit ingenijs.

Primum ingenium est, inuoluere ægrum in panno ru= beo de scarlato, quoniam sui caliditate, & inspecto co= lore illius rubeo, sanguis mouetur ad ipsum, & ad extra.

Secundum ingenium est, ut cum petia eiusdem panni fiant frictiones toti corpori à sursum in deorsum, ratione ne enim motus in exterioribus, caliditas attrahitur, qua dilatantur uix, co cutis porrositates, qua etiam materia attrahitur, et per easdem porrositates apertas perspirat, co euacuatur.

Tertium ingenium est, ut cum manibus madefactis in aqua simplici calida totum corpus siricando madesiat.hu= miditate enim aquea siccitas cutis facta arida à uebemen tia caliditatis et siccitatis sebris tollitur, à caliditate uerò porrositates aperiuntur, et ad cutim materia attra hitur, et adem ad prepirationem mouetur.

Quartum ingenium est, appositio cucurbitularum multarum paruarum quidem supra spatulas, brachia, pectus, dorsum, natesque cum totis cruribus, sursum es deorsum. bis enim certi sumus, quod sequemur motum, quem natura tentat unà cum attractione materia morbi, es exoneratione natura à multa materia mala es uenenosa.

Quintum

Quintum ingenium est, propinare ægroto in exitu

illarum macularum sequentem potionem.

Recip. Lentium unc. ij. aquæ fontis claræ lib. iiij. bulæ liant unica forti ebullitione deinde proijciatur aqua toæ ta, & lentibus adde aquæ fontis claræ lib. iij. hordei mun di, & excorticati unc. ij. dactylorum enucleatorum nuæ mero iiij. misce, & bulliant insimul usque ad consumptio nem medietatis deinde coletur, & colatura patienti exhibeatur, & cum cibo, & sine cibo. hortor tamen quod cie omnibus prædictis ingenijs non negligamus cordialia cum quibus ingenijs, & cordialibus exhibitis, si maculæ illæ delituerint, tunc temporis medicinam si expedierit laxatiuam poteris ægroto condonare; iuxta modume quem in præcedentibus narrauinus: & hæc de sebre peæ stilentiali, & de suis simptomatibus dicta sint.

## DE VARIOLIS ET MORBILLIS Cap. XXII.

CIRE debes, quòd cum plurimum uariolæ, es morbilli apparent, quoniam significant ma gnam sanguinis ebullitionem. Eorum indicatio est supra pestiletiam, uel febrem pestiletialem suturam, et propter bac causam doctores. Se ibetes de febre pestilentiali iungunt ipsi caput de luis, es uariolis, qua affectiones diuersa sunt ex parte materia, conuenientes tamé ex parte agetis, ex parte quide agetis quonia utras,

pedet à magna sanguinis ebullitione, materiæ uerò quia morbilli à sanguine cholerico originem trahunt, uariolæ uerò à sanguine crassiori melancholico, modum autem generationis earum dispositionum sub sitentio transco,

ce iiij cum à

cum à principe in prima quarti sufficientissime modus ille declaratus sit. Et ideo potius Empirice, quam ratio= naliter earum curam ponam. Attende igitur quod uario= la, er morbilli cum procedant à diversa materia, mor= billi uidelicet à subtili, uariolæ uerò à crassa materia. Ideo est, quòd morbilloru cura facilior, or breuior erit, uariolarum uerò longior, er difficilior. Iterum attende, quòd uariole, er morbilli habent quatuor tempora earum consistentiam mensurantia, uidelicet : Principium, augmentum, statum, or declinationem, or quoniam status sapit naturam præteriti augmenti, ideo debet medi= cus sequi curam conuenientem augmento uariolarum, & morbillorum.in declinatione uerò medicus derelinquat naturæ,quæ recte curabit uariolas, om morbillos, mundi= ficabitque cutim, nisi tanta ebullitionis, or acutici fuerit materia illa,ut uestigia, & foueæ post uariolas in cuti remaneant. Principium autem ratione modi substantiæ materiæ peccantis in uariolis erit trium uel quatuor die rum, quoniam earum materia crassa est, er non uelocis motus ad exitum. Ideo est, quòd non in breui post indicia uariolarum exeunt uariolæ,quia autem materia morbila lorum tenuior est, of facilioris motus, ideo citius moue= tur ad crisim, quare principium eorum abbreuiabitur,et sic in prima uel secundos e morbilli secundum plurimu incipiunt apparere, or est in modo cura primo diatam debes regulare, in principio enim utriusque dieta sit attenuans, quoniam ægritudines illæ sunt ex repletione, & inanitio erit eorum cura, cum enim sit uehemens ebulli= tio in sanguine, tota humorali masa, ideo cauendum ab his, que sanguinem multiplicant, et humores exacuut. Et ideo in principio apparentibus indicijs earum affea ctionum,

ctionum, non dabis uinum, nec dabis cibaria calida, ficut carnes, o oua recentia, non dabis piperata, neque acria, quonia ab his uel sanguis augetur, uel humores exacuuns tur,ideo earum potus erit aqua hordei in principio,quo = niam ultra boc,quòd remittit ebullitionem, ad faciliorem praparat exituram, dabis endiuiam, lactucam, spinachia, cucurbitam, or alia infrigidantia, or humestantia, quo. niam ab his ebullitio remittitur. Quod si coactus fueris propter ætatem eleuare diætam,in principio detur iuscu= lum paruæ pullæ, decoctionis cucurbitæ, citruli, er aliaru rerum infrigidatium, or humectantium. Attende quoque quod in principio no debet æger teneri coopertus multis pannis, ne ab ijs inducta caliditas adaugeat ebullitionem in materia faciente illas affectiones, neque debet teneri discoopertus pannis, ne frigiditate ambientis porrositates corporis obserentur, or fiat impedimentum ad exitum uariolarum, or morbillorum, sit igitur patiens coopertus pannis moderate, or in principio non fint rubei, neque attractiui caloris, ut sunt panni de scarlato, ne materia indigesta attrabatur, or non dum praparata ad exitum, aduentante uerò augmento, quod erit post tres uel quatuor dies, poteris cleuare diætam ad ea, quæ uirtutem roborant, materiam praparant ad exituram, ideo pa= tieti dare poteris panem trit , lio pulla decoctu, poteris dare oua sorbilia, scilic cellos, er in processiu usque ad statu poteris dare carne pullină in modesta quă titate, dico in modesta quatitate, ne natura à multitudine cibi gravitata materia morbilloru, et variolaru nequeat ad extra expellere. Aduetate uerò statu poteris eande diæ ta,quam in augmeto obseruasti,continuare,et no dubites si Hippocrates dixerit in prima particula aphorismorie quod

quod in statu morbi tenuisima uti oportet dieta,quo= niam bic non est status ebullitionis, sed status exituræ uariolarum. Et ideo fuerunt aliqui non damnandi, qui borum morborum consistentiam distinxere, non per prin Lipium, augmentum, statum, uel declinationem, sed per primos, o secundos dies, ut in secundis quidem diebus posimus dietam eleuare, ut diximus, et etiam uinum pau ciferum contribuere, & sic diætam illam aliquantisper eleuatam poteris continuare per totum tempus status, quod est in secundis diebus uariolarum exitus, deinde post banc observandam dietam poteris variolas, et morbillos curare per administrationem phlebotomia, er potionis. Si igitur fueris in primis diebus, ut in tempore principij apparentibus indicijs sanguinis, uel permixtionis sanguia nis cum alijs humoribus, etate et robore consentientibus, phlebotomiam poteris exercitare, significatur enim quòd in sanguine, & in tota humorali massa est ebullitio ma= gna, quæ phlebotomia tollitur. Si enim illis indicijs appa= rentibus quis phlebotomia negligeret, posset esse causa defluxus sanguinis cum alijs humoribus ad aliquod mem brum corporis humani, quòd si principale membrum fuerit æger necabitur, si uerò non principale, in eo genez rabitur apostema, quod merito peccatis materia magna ebullitionis, reddet plie mis cura, ideo illis apparenti= bus indicijs phleboton ejt no debes prætermittere, cum uero apparere caperinduariola, or morbilli, non existen tibus signis abundantis repletionis corporis, nequaquam phlebotomiam committere debes, quoniam tentares op= positum motum, quem natura recte, or non errans com= mittit, phlebotomia enim trahit ab extra ad intus, in exitu uerò uariolarum trahitur ab intus ad extra, si ta= men

men magna adesset repletio totius corporis, adhuc incia pientibus uariolis exire, phlebotomiam ipsam poteris admittere, ea enim natura uigentior sit a materia exonez rata ad regulandum residuum materia uariolarum, es morbillorum. si uerò atas non consenserit phlebotomia, suerint tamen indicia plenitudinis humoralis, es non san guinea, cum maxime peccet cholera, poteris uentrem lez nire, uel cum clysterio lenitiuo, uel cum medicina no eraz dicatiua sed lenitiua, sicut est sequens.

Recip. Florum uiolarum, sebesten, Iuiubarum ana M.

s. Dactylorum enucleatorum numero ij. bulliant in sufsia
cienti quantitate aqua usque ad consumptionem medica
tatis. deinde colentur o cum colatura dissolue Manna
electa unc. iij. uel floris Casia nouiter tracta drach. x. et
plus et minus secudu atate, et robur uirtutis. facta uetris
lenitione hortor, ut tota medici intentio sit ad praparan
dum, o ad facilitandum exitum uariolarum o mora
billorum, ideo laudo, quòd mane loco syrupi, o omni
hora cu sitierit patiens potet de infrascripta decoctioe.

Recip. Lentium excorticatarum M. i. hordei excorticati M.s ficuum ficcarum numero iiij. Dactylorum enuacleatorum numero iij. Iuiubaru numero xx.laccæ drach. i.s. bulliant in sufficienti quantit aquæ usque ad confumptione tertiæ partis, dein et colatura usui reservetur, es sic procede cum l. otione es regimine superius dicto usque quo variolæ incipient cadere, es morbilli delitescere, es quoniam in his affectionibus ocu li, nares, guttur, et pectus leduntur. Ideo est his omnibus succurrendum cum sequentibus, primo abluantur oculi cum aqua rosata, vel cum aqua decoctionis sumach, succurratur vero naso per attractione aquæ hordei, quidam enim

enim oculos tangunt, onasum cum auro. habet aurum à proprietate ut desenset illa membra à nocumentis uario a larum or morbillorum, succurratur uerò gutturi in ore detinendo saccharum candidum, uel sæpe utendo sequen.

ti gargarismo.

Recip. aquæ plantaginis lib. i. syrupi mirtini unc. ij. misce, succuratur uerò pectori & pulmoni cum syrupo uiolato, cum syrupo myrtino, cum diapenidione sine speciebus, cu diacodione, cu cu huiusmodi, ea in ore detinedo er lambendo; aliquando uerò contingit post casum ua riolaru, ut soueæ remaneant, co cauitates in cute, quibus succurrendum est, eas diluendo cum sequenti decoctione.

Recip. Aquæ fontis claræ lib.ij. salis communis unc.i. lappacij acuti unc.iij.misce, obulliant usque ad consum ptione medietatis aquæ, deinde coletur, ocolatura usui seruetur, et cum soueæ diluuntur hac decoctione, sit ipsa frigida, ne caliditate aquæ soueæ magis dilatentur. Et

hac de Variolis & morbillis dicta sint.

## FINIS.

Venetijs Vincentij Valgrisij, Mense Falliario. M. D. L.

